

episcopo Maldero contigit, precipue quod annum ignorem puto fieri posterius hoc esse.

Fructus Mangeler sacerdos et religionis professor Ordinis Minoritarum postquam plures annos ab instituto suo desiscens pseudominister hereses apostata docuisset in Hollandia conscientie remorsu stimulatus, agnoscentis (catholice veritatis conscius) errorem suum, proponeret compunctus vite emendationem voto facto invisendi triplicata vice Deiparæ in aspero colle, quod tunc temporis, celebratur, sacellum, et alia (uti explicabimus) opera pia. Monte vero præventus, peculiari Dei miseratione apparuit fratri suo Ludovico Mangeler, illi se manifestans pluries habitu miserabili, pœnasque quas patiebatur significante, petens ut ejus causa ser. diram Aspicolensem inniseret, ibique tertio sacrum celebrari curaret, et 8 florenos pauperibus erogaret, alia insuper addens, quæ ut ab igne purgatorio liberaretur fieri oporteret. Verum ille præfatus Ludovicus Mangeler rem totam ad S. R. quidam Zinghelbeeck pastorem S. Andreae detulit consilium flagitans in re ardua, qui consulto R^{mo} S. Joanne Maldero episcopo Antuerpiensi ad majorem rei certitudinem spiritui renuntiare curavit ut sese hora prima post meridiem in sacello B. Virginis prædicti Templi manifestaret, quod exsecutus est, nam Domino Pastore et Ludovico Mangeler cum maxima populi multitudine ad indictam horam in sacello expectantibus ad ipsum hoc pulum comparuit solummodo tamen visibilis ipsi Ludovico, qui ad ejus conspectum magnopere inhorruit. Improbante igitur Pastore latina lingua spiritui ut sese aqua benedicta adpergeret e fonte in Templi medio constituto eo a Ludovico pergere videbatur, et imperata facere. Jussus frontem signare crucis signo, fecit. Pastore sacram Eucharistiam ab altari Sacramenti ad illud diræ Virginis deferente comitabatur et flectebat genua. Respondebatque Ludovico ad omnia Pastoris interrogata verbis latinis (qui ejus lingue erat

ignarus) apposite et ad rem semper. Cum prædicta sacra alia quædam fieri postularet, dictum est ei Reverendissimum non plura velle præmittere, contentum, inquit, ne esse oportet cum ita velit. Significavitque se circa finem vite solum hoc fecisse, contributionemque habuisse. Pastorem sacramentum referentem prosequens comitatus est. Iam in asperum collem tres deputate personæ cum Ludovico pergerent, incidit ipse Ludovicus in fossam, a qua invisibili manu elevatus stetit omnibus spiritibus presentiam sentientibus, quæ magis manifestata est cum quidam divæ Walburgis sacerdos, qui in comitatu erat, pro eoque celebratus altare accensis candelis vinoque apparatus instructum reperit; nam interrogantibus quoniam altare præparasset, responsum est Minoritam quendam religionem venisse, altareque præparasse. Ceterum rite sacris præsolutis Ludovico in ipso colle apparuit gratiasque egit.

1) Frater Paulus Coppers Conversus hujus domus circa annum 1611 ex hac domo dimissus fuerat. Diesthemium adhuc juvenis nec propterea animum remisit aut pusillanimitas factus est honeste se habuit, ac etiam meruit Ser^{mo} Infanti ministrare dum in asperum collem profecta Diesthemii moraretur, et forte animi gratia ad Pamaris domus progressa fuisset, nec ultra, Ser^{mo} Archidux etiam domum intravit, ac benedictionem reliquit 100 florenorum aut etiam amplius, postea frater Paulus Lovanium accessit cum omnium satisfactione culinam administravit. Et P. Prior animadvertens ejus sedulitatem, et humanitatem quam etiam erga hospites exercebat data oportunitate hac propter obitum fratris Jacobi Conversi eum domum revocavit, jam præmiserat famulum Bartholomæum Olaf qui ei in culina inserviret. Jam enim frater Jacobus Laurenti Sonatura culina amotus erat quam exercuerat multis annis.

Circa finem hujus anni magna vis pecuniæ secundum Pphenum ex Palatinatu Wesaliam devehelatur ad solvendum stipendium militibus quæ perfidia notatum in Hollandiam delata fuit.

Nam universæ carnis ingressi sunt 24 Novembris Illustis D. Joannes Ludovicus Piffert amicus Ordinis et magnus benefactor Cartusie in Wingham;

15 Decembris S. Petrus Colonius professor et Prior domus Neapolis Comitator Provincie

25 Decembris S. Deodatus du Cillet professor Cartusie, alias Prior domorum Lironis, Ligti et Bassæ Ville, Vicator Francie, hic quidem novissimus sed primus in carta Capituli sequentis anni

Nomina, Tituli, cognomina, Reverendissimorum D. D. Cardinalium

Leobus
Papa V

| | | | | |
|--|--|---|--|--|
| Franciscus Maria ex Marchionibus Montis S. Marie episcopus Cretensis decanus sac. coll. Cardi- nalis a Monte 14 Decemb. 1558. | Franciscus tit. S. Pancratii archiepiscopus Burdega- ensis episcopus Cretensis Lentis Gallus, 3 Martii 1539 | Franciscus tit. S. Calisti episcopus Thronectensis Gallus, 10 Decembris 1604. | Robertus tit. S. Albani Car- dinalis Vobaldinus, Legatus Romae Florentinus, 2 De- cembris 1615. | Guido tit. S. Marie de populo episcopus Regomais Ferrariensis, 21 Jun. 1627. |
|--|--|---|--|--|

| | | | | |
|--|---|--|--|--|
| Octavius episcopus Por- tuensis Cardinalis Bran- dinus Florentinus, 5 Ju- lii 1536. | Antonius tit. S. Pallade Card. Zapata protector His- panie, Hispanus, 9 Junii 1604. | J. Baptistia tit. S. Cecilie Card. Lenus episc. Ferrariensis archiepiscopus Basiliens Later. Romanus, 24 Nov. 1608. | Celestinus tit. S. Pisci Card. Nichus episcopus Viterbon. Lenus episcopus Patavinus, sis Romanus, 2 Decembris 1615. Venetus, 11 Januarii 1627. | Petrus tit. S. Marci Card. Va- ticanus, 11 Januarii 1627. |
|--|---|--|--|--|

| | | | | |
|--|---|---|---|--|
| joann. Baptistia episcopus Eusculanus Card. Debus, Florentinus, 3 Martii 1539. | Carolus tit. S. Laurentii in Lucina Card. Madrius episc. Eusebius Germanus 9 Jun. 1604. | Aloysius tit. S. Petri ad Vinc. Card. Copponius archiepisc. Florentinus, 3 Martii 1608. | Gabriel tit. S. Bartholomei in Insula Card. Crossius archiepisc. Salernitanus, 7 Decembris 1615. | Julius tit. S. Marie supra Minervam Card. Rom. episc. Laurentianus, Mediolanensis, Janus, 2 Decembris 1615. 11 Januarii 1627. |
|--|---|---|---|--|

| | | | | |
|---|---|--|--|---|
| Pompeius episc. Salernensis Card. Perilaqua episc. Servien. sis, Ferrariensis, 3 Martii 1539. | Joannes tit. S. Petri in Monte aureo archiepisc. Panormitanus, Januensis 9 Junii 1604. | Dominicus tit. S. Martini in Montibus Card. Rivarola ar- chiepisc. Nazarenus, Genueus, 17 Augusti 1611. | Balthassar tit. Card. de Sandoval, Hispanus, 2 De- cembris 1615. | Fr. Desiderius Caplia Card. Paed. tit. S. XII Apost. Card. de Cremora nunc. Cre- monensis, 11 Januarii 1627. |
|---|---|--|--|---|

| | | | | |
|---|--|--|---|---|
| Andreas episcopus Albon- sis Card. Petrus de Monte alto 5 Junii 1596. | Carolus Emanuel tit. S. Joann. et Pauli Card. Pius Ferrariensis 9 Ju- nii 1604. | Petrus Paulus tit. S. P. Nerei et Arch. L. Card. Crescentius episcopus Urbanotanus Rom. 17 Au- gusti 1611. | Julius tit. S. Sabine Card. Labellus Romanus, 2 Decembris 1615. | Ludovicus tit. S. Laurentii in Damasco Ludovicius S. R. C. Cancell. et Lunensis archiepisc. Bononiensis sign. Pror. Prof. Petreus Hoyer- mie et Cibaude, Romanen- sis, 15 Februarii 1627. |
|---|--|--|---|---|

| | | | | |
|--|--|--|---|---|
| Dominicus episcopus Pre- nestinus Card. Gymnasius de Castro, Bononiensis, 9 Ju- nii 1604. | Severus tit. S. Chrysogoni Card. Binghamus Major Pavlen. sign. Gratia Prof. Paul. S. Petri archipresb. veter Germanie et Flandrie, Romanus 15 Julii 1605. | Fr. Augustinus Galaminus Card. Paed. tit. S. Marie in Ara Coeli, Card. de Sora Celi- nuncupatus episcopus Auxi- manus, Brasichelensis, 17 Au- gusti 1611. | Melchior Klesius S. Marie de pace episcopus Vien- nensis, administrator ec- clesie Neostedionensis Ger- manus, 11 Aprilis 1616. | Cosmus tit. S. Pancratii Card. de Cerres, Romanus episcopus Perisinus Prote- ctor Romae, 3 Septembris 1622. |
|--|--|--|---|---|

| | | | | |
|--|--|--|--|---|
| Federicus tit. S. Marie Angelinum in Thermis, Prior Resbyterorum, Card. Porromedus archiepiscopus Mediolanensis, 18 Decem- bris 1587. | Joannes Carzias tit. S. P. quatuor Coronatorum Card. Mellinus S. D. N. Papa Urbanus, archipresb. Majoris Romanus, 11 Sep- tembris 1606. | Gaspar tit. S. Crucis in Jerusalem Card. Borziz Hispanus, 17 Augusti 1611. | Petrus tit. S. Thomae in Parione Card. Camporus de Bechelieu, episcopus Cremonensis, Ma- lianensis, 19 Septembris 1616. | Amandus tit. Card. de la Cuona, episcopus Gallus, 5 Sep- tembris 1622. |
|--|--|--|--|---|

Clemens
Papa VIII

| | | | | |
|--|--|--|--|--|
| Franciscus a Dietrichstein tit. S. Marie Cranoty- berini, episcopus Olomu- censis Princeps Regalis Cognellus Bohemice con- sacer. Caesaris Majesta- tis intimus Consilia- rius, 2 Martii 1599 | Marcellus tit. S. P. Quirici et Julitte Card. Lames, Roma- nus, 11 Septembris 1606. | Fr. Felix Centinus, Ordinis Minorum tit. S. Anastasiae Card. de Asculo nuncupatus episcopus Maceratensis, Asculanus, 17 Au- gusti 1611. | Franciscus Centinus de Salamandris tit. S. Marcelli Card. S. Marcelli nuncupa- tus episcopus Facti- nus, Legatus Ferrariae, Senensis, 11 Januarii 1627. | Alphonsus tit. Card. de la Cuona, Hispanus, 5 Septem- bris 1622. |
|--|--|--|--|--|

nuncupationes, sanctae Romanae Ecclesiae Patrie, etc. nunc 1626 viventium

| | | | |
|--|--|--|--|
| <p>Fr. Antonius Barlaamius Ord. Capucinorum Ab. S. Thomae, episcopus Anagninensis, Card. S. Thomae nuncupatus, Florentinus, 7 Octobris 1624.</p> | <p>Federicus Ab. S. Mariae Transpontinae Card. Cornelius, episcopus Bergomensis, Venetus, 19 Januarii 1626.</p> | <p>Ludovicus S. Adriani Cardinalis de Valletta, archiepiscopus Eboracensis, Gallus, 11 Januarii 1621.</p> | <p>Omnes sunt LXIV</p> |
| <p>Laurentius Ab. S. Mariae in Aquiro Card. Magalothus, Florentinus, 7 Octobris 1624.</p> | <p>Julius Ab. S. ... Card. Sacchetti, episcopus Fanensis, Florentinus, 19 Januarii 1626.</p> | <p>Augustinus Ab. S. Cosmi et Damiani Card. Guinda, episcopus Cortusae Genensis, 11 Januarii 1621.</p> | <p>Ex quibus creati fuerunt</p> |
| <p>Aloysius S. Pudentiae Cactanus archiepiscopus, Capuinus, Romanus, 19 Januarii 1626.</p> | <p>Joannes Dominicus Spinola Ab. S. Clementis Card. S. Clementis nuncupatus, Januensis, 19 Januarii 1626.</p> | <p>Franciscus S. Eustachii archiepiscopus Neapolitanus Cardinalis Boncompagnus, Bononiensis, 19 Aprilis 1621.</p> | <p>a Sixto Episcopi 1</p> |
| <p>Dionysius Ab. S. Trinitatis in Pincis Card. de Marquemonte, archiepiscopus Lugdunensis, 19 Januarii 1626.</p> | <p>Jacobus Cavalerius Ab. S. Eusebii Romanus, 19 Januarii 1626.</p> | <p>Hippolytus S. Angeli in foro Piscium Card. Alloband. S. R. E. Camera, Romanus, 19 Aprilis 1621.</p> | <p>Presbyteri 7 A Paulo 1</p> |
| <p>Ernestus Adalbertus Ab. ... Card. ab Harroch, archiepiscopus Pragensis, Germanus, 19 Januarii 1626.</p> | <p>Cardinales diaconi Pauli Papae Mauritius S. Mariae in via lata primus diaconus Cardinalis Sabaudia, Galliae Protector, 10 Decembris 1607.</p> | <p>Franciscus S. Agathe Card. Parberinus legatus Avinionensis et syn. just. Praefect. Protector Scythiae, Florentiae, 2 Octobris 1623.</p> | <p>Presbyteri 23 Diaconi 6</p> |
| <p>Bernardinus Ab. ... Card. Spada, Brixellensis, 19 Januarii 1626.</p> | <p>Carolus S. Nicolai in carcere Culiano Card. Medices, 2 Decembris 1615.</p> | <p>Petrus Maria Burchesius S. Georgii ad velum aureum Card. S. Georgii nuncupatus, Senensis, 7 Octobris 1624.</p> | <p>A Urbano VIII Presbyteri 12 Diaconi 4</p> |
| <p>Laodivius Tacchias Ab. S. Sixti Card. S. Sixti, nuncupatus episcopus Montifalvisi, Januensis, 19 Januarii 1626.</p> | <p>Alexander S. Mariae in Cosmedin Card. Urbini, Romanus, 2 Decembris 1615.</p> | <p>Delius S. Viti et Modesti Card. Riscia, Romanus, 19 Januarii 1626.</p> | <p>Rome ex typographia Rev. Camerae Apostolicae.</p> |
| <p>Berlingierius Ab. S. ... Card. Giffius, Bononiensis, 19 Januarii 1626.</p> | <p>Ferdinandus S. Mariae in Porticu Card., Infans Hispaniarum archiepiscopus, Colatanus, 29 Julii 1619.</p> | <p>Don Henricus Card. de Guzman et Haro, Hispanus, 19 Januarii 1626.</p> | <p>MDCXXVI.</p> |

De hac quæ-
stione, vide

Basiliensium in possint abque approbatione episcopi audire confessiones morum dome-
floribus theolo-
gicæ sub titulo

Confess. n. 111.

75 fol. 260. Thom.

Comm. n. 18, offer-

matinam asse-

rentem.

An religiosi Cartusiani a suis deputati ad audiendas confessiones
possint abque approbatione episcopi audire confessiones morum dome-
sticorum actu serientium et continuorum commensalium.

Respondet R. P. Antonius Terianus Loc. jenu presbyter epistola re-
quærenti: data aut. V. P. Richardum Vicarium:

Reverende in Christo Pater. Pax Christi. Permittit R. V. quem mihi
proposuit casum, An scilicet nunc post Tridentinum Concilium pos-
sint vestri Patres a Superioribus deputati absolvere sine approbatione famu-
los, qui commensales vestri vere sunt. Expendi rationes et auctoritates, quas
R. V. circa eum collegit. Oculis mature expensis, respondeo mihi certum
videri Patres vestros id posse etsi approbati non sint, neque ullum etiam
qui contrariam sententiam sequatur negare posse quin id probabile sit
cum ita discrete affirmet imo velut indubium supponat Emmanuel
Rodericus Quæst. Regul. tom. 1, quæst. 56, art. 14 etiam plura audens asse-
rere. Congregatio etiam Cardinalium (etsi forte in pontificia auctoritate
obligandi non habeat) ea tamen quæ dicit auctoritatem saltem habent
gravius Doctorum sic explicantium Concilium Tridentinum et pro-
inde sunt probabilia. Quod etiam usus Romanus id habeat ut sic

R. P. Hermannus
episcopus

episcopus

lat. Pater domus

Gronay potenti

facultatem ecci-

piendi confis-

nes domesticorum

famularum

illam ei negant

in tali forma: raram

concessitque

aliam quam non

pretulit videlicet

audiendi confis-

siones omnium

secularium ad ut

domum nostram

venientium.

Tridentinum intelligatur, clare indicavit suo facto R. P. Archiepiscopus
praxis Curie Romane bene peritus: ut prudenter et solide advertit
R. V. Quare sentio etiam si vel solus Rodericus id teneret senten-
tiam istam ut probabilem, securam habendam in praxi, neque de
Sedis apostolicæ explicatione quæ forte sat magnæ molis esset labo-
randam. Et puto nullum doctum simul et prudentem Lovaniensem
Doctorem, qui sciat quid sit probabilis sententia et quomodo eam sequi
debet videlicet negaturum facile sententiam hanc probabilem esse atque securam
Ego me R. V. et R. P. Prioris huiusque
sanctæ familie precibus sacrificiis commendans Deum rogo ut R. V. in
prosequens favore servet inclinet Antwerpæ 30 Junii 1626.

Subsignabat R. D. servus in Christo Antonius Terianus.

Anno 1627 V. P. Prior noster cum P. Priore Gandensi visitavit domos Thardus.
 S. Guilielmus du Cheure Profusus et Coadjutor domus Fontis. B. Mariae, alias Prior
 ejusdem, et domus Vallis S. Georgii nec non Vicarius Monachium domorum Gosnay
 et Galebrum vitam cum morte commutavit 25 Januarii et habuit plenum Mo-
 nachatum. Hic ex Hispanico idiomate transulit in linguam Gallicam vitam
 B. Mariae Cheresæ a Francisco de Pepera Soc. Theologo compositam, Parisiis
 impressam 1601 et Antuerpiæ 1607.

In Cartusia autem Leodiensi vitam universæ carnis ingressus est S. Hen-
 ricus Amelius dictus d'Ortho, qui in diversis domibus hujus Provinciae Vicarium
 egit bis in domo Leodiensi suæ professionis Gandari, ubi intravit S. Jacobum
 Dionysium qui fuit postea Visitator Fyloducis atque etiam Rectoratus do-
 mus Brugensis decoratus, vir pius, affectuosus, contemplationis et magnanimus,
 fuerat ante ingressum Ordinis pastor d'Ortho in Ardenna, unde nomen
 illi adhaesit, et nepos devotissimi abbatis monasterii S. Huberti, qui dicebatur
 Jaumes de Lammoek et erat avunculus matris: cujus sollici-
 tudine factum est ut probe et liberaliter educaretur, Romæque ha-
 bitaverat tempore Gregorii XIII et noverat linguam flandricam, propterea
 ad diversas domus hujus missæ, hinc ipsius querela dicentis qui addit
 scientiam addit dolorem, optime characteres pingebat et scienter ac
 prudenter epistolas componebat, sed indulgebat nimis suo zelo et facilis erat
 ad scribendum suis Superioribus, hinc pervertebat sua negotia, sicut patuit
 cum Rector creatus fuisset Brugis necdum confirmatus Prior ad Cartusiam
 se contulit, cum hic a quibusdam desideraretur Prior, etiam suam animi
 vehementiam et magnanimitatem prodidit in illa etate, quæ ait Placcus:

custodite remoto

Gaudet equis cambus et aprici gramine campi.
 Nam equitans una cum Nobilibus, et agitans equum decidit in terram
 et luxavit sibi baculum, unde ut in locum suum reponeretur tradidit
 se in manus Cortoris Leodiensis. Et a secularibus dicebant Paulus prostra-
 tus, qui hinc canonicus conversionem ad monachisum attribuebant, et

ipse non amuebat, nec prorsus abnegabat, fuerat semper devotioni
 et pietati deditus sicut mater mea solebat saepe referre quæ ejus feri-
 mitis interfuerat, quas cum multo pietatis sensu et liquefactione animi
 Deo obtulerat, postea se totum Dei seruitio devovit et mancipavit
 in Cartusia Leodiensi ad quam conterranei ipsius non pauci nec
 infirmi nominis tunc temporis confluebant velut ad autum por-
 tum. Frater ipsius Romæ mansionarius S. Petri (ni fallor) obiit
 cum sanctitatis opinione, soror vero una locum postulavit et ob-
 tinuit apud pauperes Clarissas Mechlinienses quæ tunc exalabant
 Leodii. Dum hæc scribo 1640 adhuc in vivis degit Mechliniæ, abun-
 dabat sermone edificativo, hinc retulit mihi quidam amicus se-
 cularis quia dixerat non esse mirum si Deus nobis victum et
 amictum gratis tribueret, pro quibus etiam sanguinem fudisset.
 Habebat etiam in oratorio suo crucifixum sanguinolentum
 ad pietatem et compassionem depictum, quem secum velut
 pretiosum monile semper circumtulit et post mortem
 a quodam Patre Ordinis fuit petitus, aliqui sine ipso navem
 vitam ducere non poterant, certe D. N. Blitterovich compromissus
 ejus in peremptoria exprobratione sua obedientiam obtinuerat se
 ad ipsius contubernium Sylvaducis conferendi. Ante ingressum
 Ordinis nunquam illum videram verum nominis ejus fama
 quam apud seculares et nostros optimam habebat, me
 Ordinis notitiam et amorem concepisse certum est. Dedit mihi
 sua exercitia hæc semel transiens describenda, quæ infra ponam
 pro aliorum edificatione et instructione, qui eis uti voluerint,
 nam nescio an alibi reperiantur. Postquam Sylvaducis recessit,
 vixit hic hospes (cum alibi fuisset semper officialis) annum unum
 postea ad domum Leodiensem suæ professionis remissus in qua
 supervixit adhuc decem circiter annos valde dilectus maxime
 a suo Priore, contigit autem ut ejus cella conciperet ignem quod

referta esset lignis et sarmentis, rarius quidem struelat ignem in camino sed carbonos ardentes supponebat sibi velut muliercula faciunt, et revera in hac domo fuit ominatum et praesens ab huiusmodi periculum ignis et incendii, unde Sacrista P. Pinem de ea re commonefacere solebat; sed. ultimam earum pergasimus describere, cum ex crepitatione tegularum excelsus esset vicinus accessit ad eum et inclamavit cellam flammis accensam: hinc timore correptus agere et inducere se neglexit non tamen salvare et eripere suam suppellectilem una cum aliis, eo concurratur etiam ab aliquot vicinis. Pior ipse metuebat Soti domui, tamen postquam resumpsit animum et animadvertit D. Henricum praesens timore et frigore sub dio contremiscere, dedit in mandatis alteri religioso ut eum ad cellam suam reduceret. Quo deveniens incepit manibus complodere, et exclamare quidnam rei sibi accideret, alter religiosus jubet eum esse bono animo et collocat eum in lecto suo. Postquam incendium repressum fuit invenerunt eum jam animam agentem, atque eo adhuc die Missam celebraverat.

Amoris divini exercitium

Gustatio.

O quam debeo te amare. Quis tam cecus ut hoc non videat? Quis tam perversus ut tam amantem redamare nolit? Quis vero tam insipidus erit, cui non sapiat, quem non afficiat amor iste ingens, nimia haec caritas patris filium nobis donantis? Quisquis ille est stupidus nimis est. O quem non movebunt viscera haec paterna, imo materno nobis affecta! Quae enim mater sic diligit cordis sui filium, ut tu me amasti nomine filii indignum? Verè vere nunc affectu utcumque sapio, quod ante intellectu cognovi, quod tu nimia caritate amaveris me, et ex Sotis nervis es redamandus obsequendus et colendus.

Quaerela..

Sed ubi est amor meus obsequium et cultus? Certe Domine Pater, ut tibi causam meam revelem, paupertatem detegam, neces-

sitatem conquerar non te amo, ut debeo, non obsequor, ut timeo, non te, ut equum est, colo. Filio enim tuo, quem ex nimia caritate misisti teste, qui te diligit mandata tua servat. Quia quia non observo concessum et palam est, quod te non dico non amem sed ne diligam quidem. O durum et obduratum me hominem, quem tantus amor non emollit, tam nimia caritas non pervincit, tam ingens dilectionis flamma non accendit, succendit?

Cum me amas: totum te mihi impendis, et ego nec angulum cordis mei angulum tuæ caritati rependo, proh dolor! Væ super ingratitude, væ mihi super nimia indevotione, qui tanta et tam nimia caritate commemorata, dijudicata, vitæ excisor, vitæ oscito, vitæ ad redamandum anhelo. Valde vere timendum mihi ne tanti sim torporis, quod ego a caritatis ore evomam a regno amoris proscritar, projiciar, fugatus ad Aquilonem ubi intolerabile frigus. Væ igitur tibi duritia cordis mei, væ tibi adamantino feneo, gelido pectori meo, quod inter medios etiam tam restuantissimi ardoris globos tanto friget caritatis geli?

Ubi usquam auditum, ubi visum simile? Quis dabit capiti meo aquas et oculis profluvia lachrymarum, ut monstruosum cordis mei insensibilis pariter et insensati defleam geli? Usquequo Domine, datus præstabo? Usquequo capiteus permanebo? Caro et mundus amorem tacito eliciunt, solus Deus tam amans non redamem? heu mihi. O si cor carneum esset, o si pectus aptum amori? nihil enim æque exopto ut redamem. An sperare me amantem.

O ego si sic te amarem Deum Dominum Patrem, ut male quandoque in creaturas exasi. O me tunc beatum et exalta sorte sublimem quando veniet petitio mea quando dabitur quod exopto: o quando

te desiderabo, quaeram, diligam, amabo! Quando amore languens, vulnerator in te
nimium amante, o quando totus (ut aiunt) pedibus totus in te
amantem amore ibo? O quando veniet dies illa, putas accipiam,
putas videbo? O longa nimia hora.

Confessio

Certe domine amare bone, sulcos, spinas amores, puta pravas et
malos mea mihi gignit bellus, non tui amoris est feras, non
amori fera est, non parit rectum amorem cordis mei, spinis oblitus hor-
tus meus nec semen mihi est, quo inseram eum. Tu es agricola
magnus, tu bonorum seminum veri meri sinceri amoris semi-
nator. Tu nisi inserueris pectori meo semen tui amoris, non te
protero redamare quippe qui ex me nihil boni sum aut possum.
Tu es solus huius potens, et non est alius abs te.

Oratio

Te itaque oro Deus caritas, amor, qui semper ardes et nunquam
extingueris. O dives in omnes qui te invocant. Da mihi oro sentire
quam nimia caritate amasti me. Da quaeso etiam ut vel te
nuitex redamem te, ut Artus nervis complectar te. Tu per filium
dixisti, petite et accipietis. Tu peto, accipiam quod oro, da nunc
te omni petenti exurgens in precepto quod mandasti. Tu enim
si renueris, quis ergo dabit? Tu si non annueris quis quaeso favet?
Potes enim scis et vis.

Mensio

An quod quaero, opto, peto poteris denegare? Cui sperans in-
vocavit Dominum et non est exauditus ab eo? Non est abscisa
manus Domini, nome et de lapidibus Abrahae facis filios? Nome de
gelido pectore Pauli etiam non optantis, desiderantis, petentis, sed
sergiversantis, insectantis, obdurantis cor ignitum imo fornacem
fabricasti amoris? Nome et Magdalenam et ceteros scelestissimos quos
que etiam in media caritatis hujeme constitutos aucto huc caritatis

perflasti? et calida facta sunt, vestimenta eorum, et hordi eorum unguenta fluxerunt? An soli mihi denegabitur hæc pietas omnibus impressa? Non negabitur scio, tantum si fuero aptus.

O igitur qui omnes te invocantes tam digne tui amoris rena donasti, tu fac et me amantem tui, etsi non quantum illi, da saltem vel amem paucillum. An tu amantissime Pater, an super invocante filio, et pro re tali invocante poteris continere viscera misericordie? non poteris Pater. Aut enim dabis filialem amorem, aut paternum subtrahes nomen, non amodo dicens per Prophetam, Voca me Pater meus.

Obsecratio

O igitur Deus meus, Dominus meus Pater meus, qui nulla grate necessitudinis vocabula dedignaris, qui nostri quam caritas tua mihi necessaria quam hac sine omni trunca et imperfecta res, vita mea. Te obsecro per nimiam illam caritatem, qua filium mihi misisti; qua pater vocari et invocari voluisti; diffunde per Spiritum tuum in me filialis amoris affectum, quo digne clamem Abba Pater! O pater orphanorum, o parens miserorum, per tuam nativam pietatem, per tuam spontaneam et naturalem bonitatem, o per viscera misericordie tue, o per affectum caritatis paternæ, per caritatem tui filium mittentis, tradentis, dereliquentis, o per obedientiam filii patientis, sacrificantis obsecro, da ut ex toto corde, toto spiritu ex tota mente, intelligentia, voluntate, ex tota virtute et caritate sancto timore integro honore adorer, admirer, adamen, et jugi inheream caritate.

Confidentia

Certus sum, o Pater misericordiarum, Deus solus consolatoris certus sum, quod desiderium pauperum exaudies, et non me defraudabis spe mea, usque in finem, sed dabis quandoque

amare te, qui dedisti desiderare te. Signabunda enim exhibitio preteriti
 tuam spem dat firmam futurorum, si me tanti estimasti, dum adhuc
 essem inimicus, ut filium tuum mihi propter nimiam caritatem mit-
 teres. Quid non dabis jam amanti, desideranti, oranti, obsecranti? Velut
 igitur exauditam, et annulo tuæ promissionis consignatam ratam teneo
 petitionem meam, quamdiu liberalissime Pater, sensero in me desi-
 deria tuæ amoris. Sed faustus nimium ille dies quando quod spero
 datum fuerit mihi. O ter quaterque beatum diem illum, dum
 me videro tuæ amatorem: o vere me nunc sublimem, excel-
 sum et non superbum non amplius loto et lateri Aegyptiorum
 servitutum, non visco terreni amoris adhaerentem, se osculaturum
 post quod superbum ac ambitiosum oculum jam me deinceps
 despiciet nemo.

Gratiarum actio.

Vere tu misericors Pater misericordiarum, qui tam misericorditer
 misero mihi in te fiduciam tribuisti, tam misericorditer hæc
 meditari donasti, tam misericorditer propter nimiam caritatem
 filium tuum mihi misisti. Quis igitur de immissa hac fiducia,
 de tota meditatione sacra, de exhibita caritate tanta tam nimia,
 quas vel tandem pro his gratias exhibebo? ingratum esse non
 licet.

Quid ergo retribuam tibi pater pro omnibus quæ tribuisti nobis:
 non est mea virtutis dignas persolvere grates, non suppetit mihi
 facultas, non enim habeo quidquam quod non ante multiplici jure
 tuum fuit. Et Amen non licet esse ingratum tanto beneficio tanta
 tam excelsa caritate donanti. Quid ergo retribuam Domine, vim
 patris, responde pro me, tu supple de te quod mihi deest ex
 me.

Commendatio.

Ut Amen et aliquid de meo (ut ita loquar) qui nihil habeo
 meum exhibeam, ego me totum quidquid sum, possum, habeo

Sibi, qui se totam, quidquid es, potes, habes, filium mittendo mihi communi-
 casti, plene committo in te omnem cogitatum, spem in te jacto
 omnem fido tibi; dispositorio securus, omnem meam causam commendo.
 Scio, scio qui fuisti, fidus in arduis non quereenti; non poteris pe-
 tenti; obsecranti; exigenti deesse in parvis.

Permissio.

Tibi igitur o amantissime Pater, quem vere cognovi me aman-
 tem (unigenito tuo propter me non parcentem) sibi me non com-
 mendo solum, sed et proavis in cunctis submitto: quo mecum
 in omnibus agas sicut bonum fuerit ante conspectum tuum
 paternum. Si gratum fuerit in oculis tuis da quod ore fac me
 amantem tui, sin autem da saltem desiderare et a desiderio
 tui amoris nunquam separari. Sicut scis et sicut vis miserere
 mei Deus, paratum cor meum Deus, non mea sed tua vo-
 luntas fiat, o misericordiarum Pater misericordia tua super me quem
 admodum speravi in te, solum ut capisti non in finem me de-
 relinquant, salva me, ut illic semper diligam imo amem te. Amen.

Hæc D. Henricus d' Ertho memorie commendaverat, et rumina-
 bat inter ambulandum, erecto capite quamvis senex semper incedens
 multa gravitate summittentes longioris cuculle plerumque manibus
 tenens cui non incongrue conveniunt isti versiculi: Boetii de consol.

Qui recto calum nullo petis, exeris que frontem,

In sublime feras animum quoque, ne gravata pressum

Inferior fidat mens, corpore celsive levato.

Secunda Dominica quadragesime frater Guilielmus Kersmaekus,
 Donatus qui a multis annis semerat culinae, institutus est pistor
 et omne fere pondus domus in ipsum dirivatum donec sub onere
 succumberet per mortem.

Post Pascha recessit a nobis cum lachrymis sed sponte et volens M.
 Joannes Custeyr Burcoducensis Novitius quod esset hernicus et melan-

Archiepiscopus ejus Magister jam ab initio et ante habitum observaverat vagos regirare oculos, qui mentis instabilitatem et fatuitatem aliquam indicabant hinc, ut dixi angariavit aliquos qui eum cantum docerent, vel horas cum eo legerent, non videns operam suam et oleum perdere, quia bene indolis usque ad finem illum defendit, ac etiam ad professionem (credo) promovisset indicato morbo; sed Deus aliter ipsi et domui providit ad ejus querelas Mater Buscoducis venit atque abduxit, reliquit pro expensis vestimenta sua et 12 florenos. Dicitur pingue beneficium obtinuisse Colonie, de eo nihil postea intellesimus.

Tercia 2 post Dominicam in Albis filia unica Ducis de Croy Marchionis d'Haume matrimonia juncta est cum Marchione de Pentz filio Comitis de Solre ex eadem familia de Croy. Pater in extremis voluerat, imo sub maledictionis sue interminatione retuerat ne alium praeter filium Comitis de Reux acciperet, sed tamen ad suggestionem et monitionem proborum hominum maledictionem sustulit, et promissum ut familiae bene consuleretur. Eadem die Hallus et sequenti Haureum profecti sunt quem marchionatum titulo Ducatus exornavit rex noster.

V. P. Prior paulo post rediit ad domum Gornay suae professionis S. Franciscum le Pippre bonum et humilem religionum columbine simplicitatis et obsequiosum, qui tres fere annos exegit in hac domo, studuit linguis addiscendis, et vertit in linguam Hispanicam adjunctus opera patris sui, qui tunc Bruxellis haerebat, vitam S. P. N. Brunonis compositam a S. Joanne de Madriaga, quam latinam reddidit S. Gerardus Eligii, et impetravit pro ecclesia duas pulchras imagines ex alabastro quibus exornatur summum altare. Et nunc (dum haec scribo) secundo in hac domo hospitatur post tredecim circiter annos propter bella Francica.

Rediit vero cum V. P. Priore S. Joannes Pienpoy noster compages suos qui fuerat missus ejus loco, ac etiam laudabiliter in domo Gornay

Vita S. Brunonis
latine reddita a
S. Gerardo Eligii.

luerat 3 annis et Patres ejusdem domus ingenue confessi sunt sese nunquam habuisse tam egregium hospitem, quia juvenis et fortis, bonus cantor, et doctus, collegit ibidem ex suis theologicis scriptis libellum de casibus conscientiae. Fuit ibidem infirmarius, et cantor. Receptus Bruxellis a confratribus gratanter et maximo gaudio a parentibus quos salvos et incolumes reperit.

Hoc ita ageretur quia D. Joannes Emmechoius Prior S. Septhie deliberaverat omnino redire ad cellam, nominaverat autem sibi successorem D. Arnoldum Heghel Procuratorem, hinc D. Prior nostrae jam diu destinatum sibi Procuratorem iure allatum D. Joan-

* 16 mensis Junii Dominica infra octavas V. Sacramenti instituit qui erat tunc professor penultimus sed maturus moribus nem Pipenroff* quem eo prius duxerat ut linguam gallicam melius addisceret et forte mores et consuetudines domus professionis suae quibus assuetus erat, quanquam aliquando dixerit nos meliores aliquas servare, sed optare conformitatem in omnibus. Non ita P. P. Bruno d'Alffingues qui volebat ut unaquaeque domus suas servaret non contrarias statutis, sciebat, solem, alicubi ferventius lucere.

25 Maii, feria 3 Pentecostes reversus est ex Cartusia V. Prior D. Linus Gaghere Prior Gandensis Convisitator institutus, quod iter emensus est decem continuis annis, quibus supervixit, nec est alius qui illud celerius perageret, aut citius rediret, non igitur ibat quia delectabat eum domus aliena, sed officii causa, ut sollevaret senectutem P. Visitatoris, quanquam et cum eo aliquando invenit.

Per hanc cartam D. Egidius Van Blikerwijck professor hujus domus pro secunda vice institutus est Procurator domus Sylve S. Mariani propter industriam economicam, erat hospes in domo Capelle: hic Pater vicissitudines expertus non paucas sed animum non abiecit in silentio praestolans salutare Dei et consolationem.

D. Fredericus professor domus Capelle hospes in domo Brugensi missus est ad domum Reuremunde provinciae Bohemae. Hic quamvis id

aliquando petieret quod esset germanus, jam morbum hernie causatus egre et tarde obediit licet episcopum et Nuntium apostolicum (qui ei de meliori cingulo providit) adiret, sed et patientia P. Visitatoris superatus tandem eo se contulit, sic aliquorum ingenium mollicus remediis melius sanatur, contra vim pernicia obruitur, sequiturque melius quam ducitur.

D. Adrianus Procurator Sylve revertatur, inquit carta, ad domum Sylve sue professionis, et ibidem exerceat officium Procuratoris.

Priori domus S. Sophie (D. Joanni Emmechovio) ad suam magnam instantiam et propter senium et infirmitates fit misericordia, et preficimus in Priorem dictae domus D. Arnoldum professum Leodii. Et Prior absolutus vadat ad domum Luvanii sue professionis, prout petit, cujus consolationem tanquam de Ordine bene meriti P. Priori plurimum commendamus. Dixit quidam P. Emmechovium hoc submissionis et recessus exemplo plus profuisse quam toto regiminis sui tempore, quanquam plurimum profuerit ut his allatis Patrum diffinitorum verbis testatur reliquitur. Sed ipse dicebat inter inter negotia et mortis diem oportere spatium intercedere.

Ordinatio.

Pro exactiori observantia § 4 Capituli 21^{ae} partis Statutorum declaramus eos qui ab una domo ad aliam missi notabiliter divertunt a recto itinere teneri poena fugitivorum, et eos qui pecunias sibi pro viatico datas in alios quam itineris usus impenderint sine expressa licentia Superioris teneri poena proprietorum super quibus superiores invigilent et debitam justitiam faciant facta diligenti inquisitione. Casa 47^{va}.

Obierunt hoc anno 68 monachi, 20 Conversi, 10 Donati, 4 Moniales: persone 102; in domo Padula 6 Conversi et ipsemet Prior D. Laurentius Emmanuel qui fuerat etiam Prior Clarimontis et domus S. Stephani et Brunonis; frater Bernardinus Conversus qui ultra 60 annos laudabiliter vixit in Ordine et habuit Missam de Domina.

D. Anthonius de Petit Profenus et alias Prior domus Gosnay qui recepit ad Ordinem V.P. d'Cutclair Priorem nostrum; domo Rothoniensis erat. et cognatus Domini Cornelii Praepositi Canonici et archidiaconi Cameracensis; ante ingremum Ordinis fuit magister musicorum in collegiata ecclesia S. Bartholomaei, quare multos libros cantus conscripsit pro domo sua et Monialium quibus aliquando datus est Procurator; maximus fuit silentarius et solitarius pius et devotus quasi unus ex antiquis patribus, assiduus in choro, sibi rigidus et a vino semper abstinens. Non igitur musici sibi semper liberes ut objecit discipulus ejus d'Cutclair quando alicuius musicus precebat locum.

Soror Lucretia Monialis professa domus Durbonis, hospes in domo Pratinollis. Domus Durbonis concessa fuerat Monialibus, sed restituta viris anno 1605.

Obit 3 Martii R^{mus} D. Adamus suffraganeus Argentinenis. Habuit Anniversarium et Missam de Domina, nam Ordini bene affectus videtur cum consecrasset ecclesiam Cartusianorum Molshemii etiam orationem habuit cum eorum laude.

Reverendus et nobilis D. Nicolaus Robillard regius consiliarius in Parlamento Rothomagensi, singularis amicus et benefactor domus Rosae habuit Anniversarium, sed dies obitus non fuit expressus, sicut etiam eodem beneficio affectus Reverendus in Christo Pater frater Hieronymus Durand Ordinis Minimorum quondam Generalis.

Ill^{mus} D. Emanuel de Castelblanco Comes Villenove a consiliis status regis catholici in regno Portugalie, et Domina Blanca de Vilhore ejus uxor magni benefactores Cartusie Ulyssiponenis, nam testamento legaverunt ducentas aureas in perpetuum pro edificatione et dotatione duarum cellarum.

Obisse referuntur adhuc in carta Excell^{mus} D. Didacus de

Ybera a consiliis status bellicque regis catholici magnus fautor et amicus Ordinis;

Illustris et nobilis D.D. Vincentius de Moradel dux pedestris militie regis catholici in Italia magnus benefactor Cartusie Montis Sularis cujus Anniversarium 3 Februarii in calendario scribendum;

Illustris Domina Maria Azala mater V.P. Prioris domus de Xericio et magna ejus benefactrix Anniversarium 7 Octobris.

Hoc anno primum Moissa de Domina ordinate sunt. pro R.^{mo} D.D. Alphonsio archiepiscopo Aquensi Ordinis nostri professo.

Et pro R.^{mo} D. Brunone (Ruade) episcopo Conseranensi. Hic ex solitudine religiosa Vallis Viridis Cartusianorum Parisiis evocatus ad solitudinem pastoralem instante rege Ludovico XIII et consentiente seu mavis jubente Ordinis sui Generali consecratus fuit anno 1624 Dominica 10 Martii ab Octavio de Belle-garde suo predecessore tunc Senonense archiepiscopo Parisiis.

V.P. Prior circa festa Paschalia Antuerpnam se contulerat ubi pecuniam conflatum ex venditione Ferrarum mercatoribus tradiderat recipiendam per cambium Lugduni, et Reverendus Pater se recepisse ac sibi satisfactum esse pro terra Memmelensi, quam ab eodem emeramus litteris protentibus professus est, quarum talis est tenor:

Nous f. Bruno Prieur de la grande Chartreuse Generale de l'Ordre des Chartreux avec les Venerables Peres officiers avec nous sottosignez tant en nostre nom, que du venerable Couvent de ladite grande Chartreuse, scavoir faisons que comme ainsi soit que pour indemniser icelle Chartreuse des frais et mises par elle exposees au recouvrement de la maison du Vallon en vertu de la commission par le Chapitre general à ces fins à nous donnee ledit Chapitre nous a cede et transporté tous les terres et heritages qu'il avoit en la paroisse de Memel proche de Bruxelles pais de Brabant en nombre environ de 25 boucers et conditions stipulees aux

lettres de cession sur ce faites par ledit Chapitre general le 13 May 1626 dont les originelles sont demeurées en nos mains. En qu'en suite de ce ayans en la surdite qualite rendu cede et transporte icelles terres au V. P. Prieur des Chartreux de Bruxelles au profit de son Couvent pour la somme de neuf mille cinq cent florins à livre en la ville Lion par dessus la charge d'une rente perpetuelle de douze florins par an due à Sa Majeste catholique pour la recognoissance de l'amortissement d'icelles terres et d'autres appartenantes a la grande Chartreuse situez sous sa jurisdiction, comme aussi la charge de retirer des mains du S^r de Wemmele certaine portion d'icelle terre par luy prins du passe par abbregement et forme d'emphyteose, le tout apparent par le contract en estant sous date du 15 de May 1626. Confessons par cettés d'avoir esté plainement et suffisamment payez et contentez d'icelle somme de 9500 florins et en deschargons et serons quit ledit convent et toutes autres qu'il appartiendra promettans de faire et laisser lesdicts Peres chartreux jouir librement et paisiblement desdites terres a perpetuite. En foy dequoy avons soubsignez ces presentes et y faire apposer le seel de ladite Grande Chartreuse le 5 de May 1627.

Margarita Lalain Comitissa de Lalain et Berlaymont nobilium virginum seu canonicarum canobium Bruxellis in propriis edibus fundat ac dotat, quibus et singulares constitutiones prescribi curat. Ex his primis hoc anno, feria 3^a Pentecostes, presente Ser^{ma} Principe Trabella ab archiepiscopo Mechliniensi veste regulari sunt indute.

Basilica rotunda Deiparæ in colle aspero, cujus structura recentis amplius aureorum millibus constitit, jussu Trabelle Belgarum Principis solemni ritu a Jacobo archiepiscopo Mechliniensi mense junio consecratur presente eadem et

Marchione Spinola militiæ principis atque aula. Opus sane peregrinum si structuram et ornatum spectes: verumtamen magis sanctum et venerabile ob inhabitantem divam Athamaturgam, quæ locum hunc ceu excelsum beneficiorum suorum Atrium et misericordie officinam elegit, qui nobis Belgis aelut alterum Italorum Laurentum est, vel Hispanorum Mons serratus.

Atque inde digressa ^{Secunda} Princeps Trajectum ad Mosam profecta deinde Aquisgranum, atque ut ostenderet quo animo et intentione has peregrinationes susciperet, religiose de manu decani Aquisgranensi V. Sacramentum sumpsit atque in utraque urbe reliquias Sanctorum publice expositas venerata est, munera etiam et oblationes eidem ecclesiis destinavit Rogam imprimis unio-nibus et pretiosis lapidibus exornatam B. Virgini Aquensi.

20 Junii D. Cornelius Herflaert cum nostro et amicorum gaudio emisit professionem proprius dies erat 16, sed pro majori solemnitate et commoditate translatus est in Dominicam proximam.

Circa hos dies V. Pater remisit Antuerpiam ad parentem, quemdam honestum juvenem Petrum Smith, quod Conventuales conquererentur sine postulatione aut eorum scitu (quod Statuta non exigunt) fuisse ad primam probam, quam occasionem P. Prior libenter amplectatus est quod audivisset eum non tam firmi esse cerebri, aut timorem ipse indicasset conspecta alicujus imbecilli infirmitate, postea se supplantatum fuisse conquestus et frustra desiderium ad ordinem adhuc perseverans nostris ibidem patefecit.

De dudus his Antuerpiensibus poterat illud evangelicum usurpari: Duo erunt in agro, unus assumetur et alter relinquetur. Alius præterea juvenis postulans fuit admissus ex commendatione Domini Joseph Vanden Leene domus amici et benefactoris, qui

illi erat proximus consanguineus. Magister scilicet Joannes Vanden-
Zande, et 17 Julii ad osculum receptus et 29 ejusdem mensis ad
habitu. Nec hoc ingratus facio P. Joannem l'Apostole senio-
rem hunc adolescentem maxime promovisse ad Ordinem sicut
et alios duos vel tres in domo Distensi; Clementem Joannem.

14 Julii ex hac vita migravit pia et devota Elizabetha Vand-
Blitterswyck leguina soror D. Joannis sacrista, cui ad vitam
legavit 23 florenos, et semel 25 pro Missa et Agenda cantanda
et pietantia Conventui ministranda, sed et alio 25 florenos pro
centum Missis in privato dicendis, sicut et aliis Ordinibus le-
gavit ut oraretur pro ea nec non et pauperibus benefica fuit.
Insuper vivens plures ulnas Ambricorum, quos dantellos vocamus, de-
dit pro ornatu sacelli anterioris et ex eodem opere antipen-
dium et cortinas, quae posita fuerunt in festo Assumptionis B. Ma-
riae, et flores sericos pro ecclesia. Dedit etiam ad instantiam
fratris Egidii Conversi Vitae Sanctorum flandrice. Et Ordini atque
personis benevole affecta, obiit morbo Aethyri juvenis adhuc. Requiescat
in pace.

Fato etiam concessit 27 Julii D. Lucas Paludanus professor et
Prior domus Lovanii longa Aale consumptus, praefuit laudabiliter
et proficue quamvis impeditiore lingua fuerit, eum ab econo-
mia Conventuales laudaverunt, curavit fieri Aonale ex lapide
patrio cum statutis Sanctorum Ordinis partim sumptibus et
munificentia D. Ludovici ab Ematen abbatis S. Gertrudis partim
fratrum suorum mercatorum Antuerpiensium.

2 Augusti electus est in Priorem domus Lovaniensis D. Gi-
bertus Bannusius professor ejusdem domus tunc Vicarius Mo-
nialium Brugis, qui fuit in hac domo bis Prior et mo ad
Ordinem recepit jam decline aetatis, propterea dicebat se eo
libentius ad domum professionis redire. Solent aliquando Monia-

les obtendere se habere privilegium, per quod non possit aliquis sibi auferri officialis, sed Domna Priorissa nihil aliud opposuit quam P. Vicarium sibi datum a Capitulo generali, sed responsum est. Statuta permittere ut Domus viduata pastore possit quemcumque officialem suæ domus professum eligere in Priorem. Ut his difficultatibus occurreret P. Prior noster Visitator Provincie atque eis prouideret de idoneo Vicario Bugas profectus est. Et de consilio Patris Comitatensis dedit eis in Vicarium D. Joseph..... professum domus Sophiæ tunc Vicarium domus Gandensis.

Legi in monumentis domus Ultrajectinæ D. Joannem de Monte Aquila professum dicte domus et Vicarium Monialium prope Bugas circa annum 1546 fuisse in Priorem electum domus suæ professionis atque confirmatum. Nec potuisse Moniales impedire hanc electionem nisi nuntium certum dirigendo ad R. P. Generalem, qui Amen dedit optionem electo acceptare Prioratum aut manere apud Moniales quod postremum multis precibus et lachrymis exoratus acceptavit sed non diu supervixit. Ne Amen D. Gilberto diuturnus aut felix fuit Prioratus, post paucos annos ad instantiam Conventualium fuit absolutus, sed remansit Vicarius et patiens.

In die Assumptionis B. Mariæ Missam conventualem cantavit D. Arnoldus Kegel ex Procuratore domus hujus Prior domus Sophiæ per cartam ordinatus, qui tunc usque in domo remanserat, prætolans saluumconductum a statibus Hollandiæ, affectum erga hanc domum ex tunc patefecit quando tunc petit sibi dari procuratorem forte desiderio non Amen petitione fuit elusus. Si quidem datus est illi D. Vincentius Knibbe, qui tunc Procuratoris officioungebatur in nova plantatione Antuerpiensi, in cujus locum Antuerpiam missus est D. Judocus Gindertalen professus hujus domus, cantor chori qui tubalem habebat, sed in parvo sacello non est permissus inflare buccas suas, et melanchior atque pignior evasit in officio quam in cella.

Quid faciemus nisi ut sollicitè rogemus Deum in hæc verba: Tu me Domine Deus, dirige per vias illas et officia et exercitia, actiones et passiones, quibus pervenies me ad salutem, ad celum majoremque gloriam perventurum: quæ certe optima oratio est ut Deus nos iis mediis et viis nos regat et ducat quæ peccati non habent scandalum, aut aliud offendiculum.

Hoc mense in vicinia multe domus contagione infectæ fuerunt, multa de domo nostra conficta mendacia, causam præbuit frequens exitus S. Prioris ex civitate pro munere suo obvando, habuimus etiam recursum ad patrocinium S. Rochi et singulis septimanis in honorem ipsius Missam cantavimus.

Exeunte Augusto (22 scilicet) Grolla in Geldria capta est. vi ab Hollandis post obsidionem sex septimanarum, quod deficerent globi Armentarii nostris, item serius adunatus fuit exercitus noster, et inimicus se munerat in castris. Ipse supererat ipsis victualia intercipiendi nisi dissensio inter Hispanos et Italos intervenisset, quis primo hostem agredi deberet, dum enim inter se certant ac tergiversantur Ladron Hispanus et Compolaterus Italus Epifliarchæ de insultu faciendo in hostem supplementa annonam et commercium in hostilia castra inferentem ipse hostis sine impedimento ad suos penetravit quæ causa fuit amittendæ civitatis, quæ paulo post se hosti submittere compulsæ fuit, et hæc incrementa fuerunt hostium nostrorum Hollandorum et defectionis Domini Henrici Comitis Bergensis, qui tamen se excusabat, non sibi competere de prærogativa nationum judicare. Marchio enim Spinola militiæ supremus præfectus manserat Bruxellis quod ^{manam} Infantem, quæ pro ingenuitate sibi pietate precibus insistebat, Novemdiæle sacrum apud Hallensem Virginem quam se peragi curavit, et infra octavas Assumptionis multe suppli-

cationes factæ sunt quibus Deus exoratus forte inspiravit nostris, ut Santflle-
 tum inter Antuerpiam et Bergas situm in formam oppidi redigerent
 et minirent, quod inimicis plurimum nocuit.

30 Augusti primo die minutionum dum visitaremus Dominam no-
 stram in Laken dedimus nomen sodalitati ejusdem exemplum secuti
 Patrum Minoritarum, quod V. P. Prior ratum habuit seque nobiscum
 curavit inscribi.

Sub hoc 30 Augusti augustius Romæ publicati sunt Cardinales a
 G. D. N. Urbano papa VIII creati 19 Januarii 1626.

Nicolaus Franciscus a Lotharingia episcopus Cullensis, Hieronymus
 Vidonus Cremonensis Athesaurarius Generalis, Martius Ginettus Volitanus
 præfectus domus sanctissimi et sacre consulte secretarius. Creati et pu-
 blicati postremo die 30 Augusti Fabritius Verospinus Romanus Audi-
 tor Rote, et Peruvia gubernator Petrus Berullus præpositus congrega-
 tioni oratorii in regno Gallie, Egidius Carillius Albornotius
 Hispanus archidiaconus Burgensis, Alexander Cretarimus Romanus
 camere apostolicæ clericus.

Hæc hoc ^{anno} Hieronymus Columna Romanus Philippi Palliani
 Calacoli et Marsorum Ducis regni Neapolitani magni conestabilis
 et Guercie Thomacelle filius, abbas S. Martine in regia catholici
 regis Cortine regie præfectus in complutensi academia litteris
 excultus, Doctorum celebri universitatis testimonio Theologorum
 et pontificii juris Consultorum privilegiis dignus existimatus,
 nunc Lateranensis ecclesie archipresbyter Cardinalis creatus ab
 Urbano VIII anno 1627. Quia est protector nostri sacri Ordinis
 Cartusienis adficiam carmina quæ ad manus meas devenerunt.
 Inchyto Principi G. D. Hieronymo Columnæ eminentissimo aposto-
 lici Senatus purpurato, Bononiæ archiepiscopo vigilantissi-
 mo tunc fortune ludum D. C. L. 1 Sturmus.

Hæmmate præclaro, virtuteque nobilis Heros
 Cujus et eximia est gratia, fama, decus.

Carmen id ex humili sibi pectore Sturmius affect.

Quod de fortunæ regrediente rota est.

Regreditur carmen, contraria et exhibet in se

Idque quod ante refert, post retulisse negat.

Rebus in humanis fortuna volubilis erat.

Quæ si fronte placet, mox sua terga dedit

Vestra sed exuperat, virtus ludibria quævis

Fortunæ: hoc vere nemo negare potest.

Illustri ergo tui generis splendore refulgens

Excipe sacratum quod tibi carmen habes.

Excipe magnanime hoc Princeps, rogo mente benigna

Quod de fortunæ lubricitate sonat.

Sit dubia, inconstans licet, et fortuna vagetur:

Cæ precor, exhilaret læta domi atque foris.

Expleri, et faciat, Deus hinc virtutibus annos

Grata quibus fiat mens, ut in astra volet.

Versatur et in oculis meis schedula quibus denunciatur obisse
27 Augusti Leodii R. P. Michael Viron Rector collegii Socie-
tatis Jesu Bruxellis et viceprovincialis etatis suæ anno 63, religionis 43.

Dominica autem prima Septembris 5 ejusdem mensis die
dedicatum templum doctorum Patrum Bruxellis in honorem
S. Michaelis et sumptuoso etiam convivio excepti senatores
urbis et alii.

Cillus Albin fl. cum exercitu transmittit, et mense Au-
gusto christianum Danicæ regem prælio superat ac fugat.
Silesia subacta Albertus Waltherinus Dux Frislandiæ suas
copias cum Cillianis jungit et Cimbricam Chersonesum
universam bimestris spatio occupat. Gelucstadio Crimpa
et stada exceptis. Danus ad interiores regni sui insulas fugit
Comite Curriano et Durlacensi alio delapsis. Cillus tota hyeme

Atta lenta obsidione premit quam anno 1628 die 8 Maii deditione domus obtinuit.

Rupellani jurate paulo ante fidei et eodem illo anno accepte pacis immemores clam adversus regem Anglos evocant. Qui anno 1627 cum classe 120 navium ad Beam insulam appulsi Duce Buckinghamo universam occupant. præter arcem cui Coirasius præerat strenuus vir, ac rei militaris apprime colens. Hic resentibus, licet necdum absolutis operibus acres et continuos hostium elusit impetus donec laborantibus jam omnium rerum inopia, fessisque subvenit Ludovici regis industria. Hic enim Riccolocio (alias Richelio) Cardinali viro omni laude florenti adjutore usus et ministro Schonbergium Ducem inclitum cum militum haud sane magno numero ad obsessorum subsidium transmisit. Qui adjuncto sibi Coirasio caesos fugatosque tota insula proturbavit Anglos. Nihil tot bellis et victoriis actum videbatur quamdiu contemptis illa regum et dominatus omnis impatiens Rupella velut in medio regno regnum aliud erigeret. Quæ urbs ad æstuarium Oceani sita cum loci natura tum manu et arte munita sic erat vulgo ut inæpugnabilis haberetur. Hanc ingenti animo et spe, quam de Numinis ope tot rebus experta certissimam sumpserat Ludovicus rex 1627 aggreditur, et eodem consiliorum particeps Riccolocio Cardinali operibus ac munitionibus, interque cetera stipendiis per Oceanum actis molibus interclusam ita toto anno tenuit, ut frustra Aer ad ventante Anglorum classe fame enecti cives, extremaque passi omnia anno proxime sequenti 1628, die 30 Octobris, regi sese demum permiserint.

Cantatores aulae invitati a quodam sacellano J. Gudila S. Alexandro familiari amico hujus domus, (qui fuisse et Domini Bourlotii canonici et cantoris dictæ collegiæ ecclesiæ famulus) canaverunt Missam musice cum duobus choris in sacello nostro

suburbano Schutensi et vicinia ab eodem invitatore comitio excepti et recreati:

Nec praeiit personas nostri Ordinis secularium pietatem emulari; cum enim in quatuor temporibus mensis Septembris advenissent Bruxellas ad sacros ordines suscipiendos P. Prior Siestensis cum uno religioso, D. Procurator Lovaniensis cum duobus, hos D. Procurator noster Pyrenpoy, deduxit in Scheut V. P. Priore celebrante cum diacono et subdiacono noviter ordinatis, decantaverunt et ipsi Missam more Ordinis, quod a multis retro annis ibidem factum non fuerat. In his jejuniis D. Cornelius Heylaet suscepit pariter ordinem subdiaconatus.

In solemnitate S. P. N. Brunonis Missae conventuali interfuit Ill^{mus} archiepiscopus Casariensis qui privatim in summo altari ante celebraverat. Pueri aulae cantores circa meridiem primum advenarunt cum suis pedagogis, et nonnihil cantarunt in ecclesia, postea deducti ad cubiculum hospitum ubi V. P. Priorem a morbo convalescentem sua harmonia recrearunt manseruntque ad vesperum usque et post collationem pomeridianam litaniae B. Virginis in sacello cantarunt, quod sequentibus annis fecerunt donec per P. P. Visitatores iterato interdictum fuit ne in officio nostro iis uteremur, sic enim sane intelligendas puto:

Ill^{mus} et Ill^{mus} D. Fabianus de Lagonissa archiepiscopus Comptanus Nuntius apostolicus ad Ger^{maniam} Infantem hoc anno 1627 venit, digressus ab urbe profectus est Venetias, inde post transmissas Alpes contendit in Germaniam. Regionibus istis emensis, et Palatinatu peragrato tandem Belgium attingit ac Bruxellam regiam civitatem pervenit, ab aulicis aliisque proceribus procul ab oppido honorifice susceptus est.

Circa principium autumnii ex aula regis catholici advenit Bruxellas Don Diego de Messia Marchio de Legunes, qui recenter duxerat in uxorem filiam Marchionis Spinolae. Hic stabilis

patris insinuarit desiderium regis, quo cuperet regna et provincias sibi subditas inter se pactum et fœdus inire, et definire certum numerum militum ad quem unaquæque provincia pro facultate sua se obligaret. militare milites provincie vel regno periclitanti et bellum gerenti; atque ibidem sustentare et alere sicut fere vulgo dicitur, non puto tamen quidquam effecisse.

Joannes Habant juvenis Bruxellensis (intra cujus brachia olim D. Nicolaus Smisman exhalaverat spiritum) fuit receptus 3 Octobris et 18. in festo S. Lucæ restitutus, cognatus Patris nostri senioris ex parte matris, et quasi locum ei sederet.

D. Joannes Boerjerius senior domus jam dictus sequenti die vespere apoplexia tactus decidit ante lectum, sicut invenit eum infirmarius ante Matutinas cum Amen me presente eum in lecto collocasset hora completorii sed ex inquietudine aliqua forte inde surrexerat, et decimo die post 29 scilicet Octobris circa tertiam post mediam noctem omnibus munitis sacramentis Deo spiritum reddidit; multæ pulchræ orationes, litaniæ, passionis lectæ fuerunt tempore ipsius infirmitatis et agonis, quem satis fortem et prolixum habuit pro tam caduco senæ, quippe qui erat ad minus 75 annos ex quibus 52. exegit in Ordine laudabiliter. A tenera ætate fuit divino officio deputatus, nam puer choraulus fuit S. Nicolai, ni fallor, hinc cantum et musicam optime noverat, atque S. Winchelius scabinus audiente me fassus est se ab eo musicam didicisse. Grandior factus inseruit S. Suffraganeo hujus diœcesis, qui erat pastor, ni fallor, Trigidimontis, et optimus concionator..... qui patribus Ordinis solebat referre, cum se in lecto collocasset D. Boerjerium calide surripere ex mensa soluisse conciones suas, atque cum candela ex cubiculo propere exivisse eas descripturus in suo conclavi, atque juvenis studium approbans dissimulabat se videre aut animadvertere. Descripsit etiam conciones Bellarmini

80
 quas habuit in academia Lovaniensi. Et iuxta illud Proverborum, Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Hinc idem studium retinuit usque in senectam et senium. Cum esset lectioni, scriptioni deditus non mirum est si Ordinem nostrum sibi delegerit, nulla enim fecundia praeditus erat sed pauci sermonis maxime coram externis, neque etiam febrilia aut manualia habebat exercitia, quae forte addidisset in Ordine, nisi post annum professionis e domo expulsus exulare coactus fuisset, atque in domo Valencemmensi sacristae munus obivit, quod per se satis laboriosum est septem integris annis. Scripsit in cella Chronicon Dorlandi. Scriptores Ordinis collegit longe diu antequam Bibliotheca Cartusiana esset edita atque etiam nomina scriptorum misit D. Petreio bibliothecario prout agnoscit et gratiam refert in calce suae Bibliothecae, nec et Ordinationes Capituli, etc. Incipiebat habere reglam pro Ordine et domo, itaque instabat apud Superiores, ut religiosi qui Bruxellis remanserant, revocarentur, quoniam non sine periculo animarum inter haereticos venabantur, et cum redditus non reciperent, fundos terrae vendebant. Reddita civitate cum D. Philiberto Cooman Procurator esset ad Piratum domus Leodiensis promotus, D. Christianus Prior hunc Joannem Broeyerium sibi assumpsit in Procuratorem anno 1585 cum quo et domum Lovaniensem visitavit, et quia nihil ex redditibus domus recipiebant nonnihil recesserunt Leodium.

Dum fuit Procurator spatio 25 annorum nunquam equitavit, quia nec poterat, raro curru incessit, sed pedes villas et civitates vicinas obivit, et inter itinerandum horas et officia defunctorum persolvit. Tempore ipsius etiam juvenes religiosi qui mittebantur ad ordines pedites ire non detracta-

Legimus de Platone in ejus apophthegmatibus quod cum aliquando equum conscendisset, mox descenderit dicens vereri se ne equestri fastu corripereetur. Superbum enim animal est equus et equitare quiddam habet album et magnificentum.

bant ad vicinas civitates, quas archiepiscopus Matthias mutare consueverat non sine exemplo pristinae nostrae simplicitatis. Quamvis autem ipse sermo rediret domum sero non tamen absentabat se a matutinis, et persistebat usque ad psalmum Laudate Dominum in laudibus, cum Amen mane esset illi celebrandum. Imo sacristam quandoque excitabat, quo in munere nunquam obdormivit Valencemsi nisi eo die quo fuit dedicata ecclesia, propter excessivos labores et introitum concessum mulieribus, quae nisi sero potuerunt excludi. De ipsius studio erga litteras ante praefatus sum, hinc sumptibus non precepit ut libros emeret quantum facultas domus permisit, bibliothecamque nostram illi pro maiore parte debemus siquidem ex antiqua domo fere nisi libros cantus habemus. Hinc non se fallat ista inscriptio liber domus Cartusiae in Schuel prope Bruxellam, quam ipse libris praeposuit more antiquo quamvis iam in civitate degeremus, prout ex anno editionis librorum cognosci possit.

Sicut dicit divus Hieronymus, ama scientiam scripturam, et carnis vitia non amabis. Hinc gloriabatur se illibatam virginitatem custodivisse, neque etiam de illa re male unquam audivit. Etiam si studium litterarum nihil conferret Ordini, quam utilem occupationem monachorum, esset nihilominus maxima veneratione a nobis promovendum, quia nisi mens hominis claustralis aliquo exercitio occupetur delectabili in multas et varias miseras dilabitur. Hinc quando vidit me juvenem et pusillanimum attulit exempla Caesaris quibus recrearer et consolarer. Vitio hoc illi tribuebatur quod esset nimis popularis, cum villicis piscatoribus symposium celebrare non detrahebat; nunquam vero in tabernis mane vinum combustum sumere, prout moris erat etiam alienum a se non iudicabat, quamvis omnia liceant, non tamen omnia edificiant. Parva erat statura, et obesus, hinc displicabilior apparebat, habuitque emulos sui officii nec tamen

ab eo tam cito amovere potuerunt.

P. Hercules a Conventualibus in Priorem postulatus, respondebat sibi non cęptum videri bene meritos officiales absolvere, sed et rigidam P. Serval Visitationem sustinuit, tandem ad Priorem hujus domus promotus P. Emmecharius secundo anno cum ita occasio se offerret instituit eum Vicarium quo in officio permansit annos 10 aut amplius vir pacificus et exactus in divino officio. Emendatoris etiam munere functus nec enim incongruus Latini sermonis erat post annum 1550 ab eo etiam officio absolutus senio gravis incepit notabiliter deficere et duobus annis circiter ante obitum a celebratione abstinuit. Et quia ultimus erat professor domus nostrę in Schuel dicebat P. Richardus in oratione funebri quia postremam glebam ruderum nostrorum in Schuel nos terrę reddidisse, atque posteritati novę domus intra urbem edificatę bene precatus est.

Pater autem Gerardus tunc Vicarius Antuerpię his versibus ei parentavit.

Parentatio multa recogitans super piis manibus P. senioris J. joannis Broeyerii qui nuper annum supergressus 74 plenus dierum superatis omnibus hujus vitę miseriis, et exhaustis pro domo et pro Ordine multis laboribus, temporibus difficillimis, quando et fides probari solet, fidelem se Domino et Domui probavit; qui proinde ut requiescat cum fidelibus omnibus suis (o Deus) in pace precamur te sancte Domine: sibi ipsi in te requies, quietam illi noctem tribue, sed beatam, sed felicem, faustamque.

Chronus in obitum illius

Ultimus excedis terris, Pater ultime Patrum,

Antiquęque domus omega et alpha novę.

Reddidimus terram terrę, pulvisque reversus

Sed non heu! in eum es qui genitilis erat.

Non genitalis humus tua nunc habitanda relicta est.
 Etque Patrum data sunt sancta sepulchra feris
 In Babylona sumus translati flete tridules
 Et super hæc mecum flumina flete Patres.
 Qui reminiscimini Domini, Patrumque priorum
 Atque suburbanæ Parthenique domus,
 Et super hunc, solus, qui et pene novissimus exit
 Ex illa, salvis mercedibus atque rate
 Hæresis exilio patriam huic mutavit acerbo
 Urbe Valencena sed stetit ille gradum
 Donec ab Elysiis prospectans sedibus exul
 Reddita pax urbi est, religioque rediit.
 Sed quibus interea jactatus in uribus hæc est.
 Casibus, et quæ non vidit in orbe mala.
 Currere permisis cum Mars videretur habenis
 Et tremaret Tellus, contremaretque polus.
 Redditus ut primum patriæ est, ac constitit urbe
 Officio cum mox auctior esse tulit.
 Carus erat. Natio sed carior inde Leoni
 Hunc Deus Hispano misit ab orbe virum,
 Qui recidiva manu fundaret templa domumque
 Cartusiamque simul conderet urbe novam
 Hujus eras catulus Pater o Brögere Leonis
 Heu mihi tunc qualiscum catularet erat!
 Hercule supposito tunc sidera fulciit Atlas
 Ut maturaret sollicitavit opus.
 Non erat illis tunc temporis omnia primo
 Impete perficere, at tempore quæque suo
 Quod tamen in se erat hic tunc indefessus agebat.
 Quantumvis esset corporis ægra salus.

Nam fatiscere sub corpore debilis aetas
 Unde et donari jam rude dignus erat.
 Cum cedens oneri se in dulce recepit asylum
 Cella illi caelum, et mite levamen erat
 Nocturna versare manu, versare diurna
 Institit auctores, incubuitque libris.
 O felix nimium sinei atque vorago librorum
 Cujus enim aut quod non ille voravit opus?
 O lector Pater, o Pater Helluo sancte librorum.
 Cujus pectus erat bibliotheca Dei.
 Si non Cecropia tibi pectora voce maderunt
 Attamen a studio fertile pectus erat.
 O dignum aeterno pectus quod fulgeat auro.
 O desiderii mens saturata piis!
 Quando ille exiguus temeravit crimine vocem
 Cui tota illi in cella cellite vita fuit?
 An potuit caelum in terris divinius esse
 Quam quod nactus eras religiose Pater.
 Inter mille libros velut inter Atlantica mille
 Sidera suscepas vitam animamque tuam.
 Jam functus curis et mille laboribus olim
 Etia captabas deliciosa tibi
 Invidit vitæ tandem invidiosa senecta
 Et mors impositis cuncta premeus pedibus.
 Mortuus es mundo, mox et tibi mortuus ipsi
 Et mortem quater es mortuus ante tuam
 Quando mortuus es elementis omnibus olim
 Et tandem tibi lux occidit ista brevis
 Lux aeterna tibi Pater optime luceat oro
 Atque utinam fato dexteriore vale.

Justus Breyquius Joannis Hadii mathematici ex Catharina filia nepos Gandavi natus est pridie Nonas Maias anno 1587. Anno 1624 secundo Romam adit Urbano VIII Pont. Max. musarum parenti carus, et ab eodem promotus ad publica eloquentiae professionem Bononiae, ubi devixit magna omnium auctoritate 10 Decembris 1627 quantus autem hic vir sit, quam in soluta oratione amemus, quam in carmine elegans, et in antiquitatibus scrutandis accuratus fidem faciunt edita ab eo opuscula. Ipsum videre merui, et colloquere ipsius matris, a qua aliquot menses emi expensas meas. Ipse jam de se magnam expectationem pollicebatur praecipue parentibus quamvis tunc nisi humaniora audivisset.

Obiit hoc anno Buscoduci frater Joannes Commotius Conversus professor domus monachorum in Arnhem postremus, nec tamen domum vidit integram aut florentem sed professionem suam emisit in praesentia Prioris Arnhemensis in domo Coloniae ni fallor. Hunc tamen facit filium nostrae Provinciae atque etiam laudat D. Petreus in dedicatoria praefixa Chronico Dorlandi ad P. Herculem Visitatorem nostrum, his verbis: quod ipsum pro suo erga superiores reverentiae observantiaeque studio identidem mihi inculcavit fidelis Provinciae vestrae filius ac singularis industriae, pietatisque vir frater Joannes Commotius et D. Gerardus Eligii in Cuijibus Belgii. Duaci impressis pag. 59 quem tu consule. Vidi virum canonicum venerabilem, probum, modestum ac devotum, novae linguae latinam clericum magis se praeferebat, quam laicum.

Januario ineunte Ambrosius Spinola cum filio suo, itaque genero Didaco Leganesse Marchione Bruxella discedens in iter versus Hispaniam se dedit; non amplius in Belgium rediturus. Hallis existens Paulo Bernardo de Fontaine Lotharingo viro militiae claro indicavit ipsum a Philippo rege titulo Comitis de Fontaine auctum esse. Lutetia digressus recta ad castra Ludovici Fran-

corum regis ad Pupellam posita suis cum comitibus se contulit, et consilia periculosa ad frangendum Oceano imponendum suggestit. Hæretique in aula Madritensi donec inde a rege in Insubriam ad bellum Italici administrationem est missus, ubi et 1630 decessit. Hæc Miræus.

Notari contigisse Spinolæ dicessum Bruxellis 5 januarii inclinata die, magnus concursus fuit populi ad portam Hallensem et explorata armenta; debebat cum sonitu nobis perire, heu quantum momenti Belgio dicessit ex tali dicessu? quantum militiæ inclinata fortuna! Ipse velut Atlas alter totum orbem Belgium sustinebat atque velut fidelissimum Achatem ^{Genæ} Principi Trahella Albertus moriens reliquerat, quem aula summum æconomum creaverat atque jam in ipsa aula domicilium fecerat putabatur perpetuum. Pessimum regi catholico fuit suggestum consilium de tali viro revocando, sed Deus occulto suo sed justo judicio volebat Belgium punire, cujus iræ, et futuræ calamitatis præsentia statim in initio hujus anni divinitus ostensa sunt, et prima quietem videbantur melioris ominis sed eventus aliter docuit, et hæretici in suum favorem interpretabantur.

Premis descriptio illius miraculi quod prope Harlemium in quodam promo ostensum est.

Valle florum haud procul ab Harlemio, et sub ditione ejusdem sacellum est. dicitur Petronillæ sacrum eo quod ibidem rigente in Hollandia religione catholica caput illius Sanctæ asservaretur. Est autem locus magnæ devotionis, ad quem longe lateque multe peregrinationes solent fieri præcipue a febri- citantibus qui ibidem devotione præacta, plerique cum optata sanitate redibant gaudentes. Sed et grassante jam hæresi ruinæ illius sacelli a catholicorum (qui Harlemii quamplures sunt) numerosa multitudo frequentantur. Circa hoc sacellum, imo

ut creditur in districta vel comitatu ejusdem nata est quaedam pomus
 eaque ab uno circiter anno resecata fuit. Hanc dormitor quidam qui
 eam emerat volens operi suo aptare in orbis rotundas serravit. Et ecce
 in primo orbe ad serratam partem inventi figuram unius monachi
 tam formaliter atque perfecte cum omnibus indumenti partibus ac si a
 peritissimo fuisse piktore delineata. Auget miraculi magnitudinem
 quod haec figura in ligno pomifero instar gagabitis vel eleni nigra
 erat. Secunda pars vel orbis representabat diversa capita episcoporum
 mitris insignitorum monachorum et Romialium. Tertius orbis erectam
 seu recte stantem monialem cum corona in capite referebat. Quar-
 tus conjunctionem seu desponsationem per duas manus sibi mutuo
 insertas cum corona Caesaris representabat. Quintus Palterium, Che-
 lidem, aliaque instrumenta musicalia habebat. Omnibus itaque
 tanto miraculo obstupefactis magistratus Harlemensis accessit jus-
 sit ad se hujus arboris possessorem, qui secum deferret partes aliquot
 ejusdem arboris. Videntes autem figuras perfectissimas fraudem sus-
 picati factas fuisse ad deceptionem curiosae plebis, unde imagines
 istas curantur scabi atque dolari, sed e contrario clarius appare-
 bant. Confidentes igitur opus esse Dei stipulationem manuum
 cum corona Caesaris sibi reserant. Possessor vero reliquas partes
 pro pecunia exhibuit spectandas pro uno quadrante, deinde pro-
 pter nimiam spectatorum frequentiam pretium auxit usque ad
 assem, et uno die collegit 50 florenos. Displicuit tandem Magi-
 stratu tantus concursus prohibeturque est illi ne amplius prodi-
 gium istud spectandum praebere, atque ultimus dies quod
 illud videre licitum fuit erat decimus januarii 1628. Quidam
 catholici diligenter satagunt partes aliquas sibi pretio compa-
 rare.

In arborem prodigiosam Harlemii inventam
 mense januarii 1628.

Bartonus Comitor

Quid sibi vult arbor variis spectanda figuris?

Paret in hac malo multa figura boni.

B.

Quid diadema notat, conjunctaque dextera dexterae

C.

Cesaribus debes perfida turba fidem.

B.

Quid praesul signat? Quid caesus religiozus?

C.

Religio sedem parcat arida suam.

B.

Musica quid signant haec organa. C. Musica res est

Concors, concordi pace regit humus.

Habebant haeretici suam interpretationem qua sibi haec omnia velut ligna comburenda et tradita nec omnino false credebant. funestiora prodigia contigerunt, circa idem tempus Buscoduci cui calamitas imminerebat prout patet, ex Epistola S. Vincentii Knibbe com-
professi nostri ibidem Procuratoris data Roma Februarii anno 1628.

Circumdederunt, aquae multae civitatem Buscoducensem, et quidem tales, quales hominum memoria vix fert, unde incommoda multa edificus, agris, aggeribusque venire praeter illa quae ventorum fulminum, et tonitruum tempestate exorta sunt, qua quidem turris in pago nobis satis vicino nomine Geldrop concussa corruit sub qua mortui cecidere octoginta quatuor animae, vulneratae ultra septuaginta. Alia quaedam turris in ipsa civitate fulmine accensa non sine magnae suae partis absumptione extinguere potuit, horrea multa et caedes rurales in locis nobis circumjacentibus vi ventorum collapsa sunt. Haec fere contigerunt in Natalibus Domini et sequentibus festis, quamvis nocte quae praecessit diem hesternum adhuc

Congratulor V. P. Rectori Cartusiae Brugensis quod primum lapidem domus aedificanda curaverit cum benedictione Rmi Domini antistitis poni, tam bono die, natali scilicet S. Guigonis legiferi nostri, qui Statuta nostra primus condidit, et cum tam bono nomine nam eodem die nostri petiti sunt victoria et fortaliditio de Schench prout in gazetis scriptum legi. Nec aliter decuit supplicationem fieri quam per monachos officiales. Quandoquidem haec Cartusia primores monachos habuit viros vere magnos, ecclesiasticos et beneficiatos in seculo prout videre est in tabula pensili quam habent et in originibus.

fulmina et tonitrua diversa audita et visa fuerunt. Haec initia dolorum.

Obit in principio hujus anni 7. D. Vriese pictor fenestrarum ambitus nostri excellens in arte sua cum haberet bonum exemplar sed et viros colores apponebat, non est inventus illi similis suo tempore, unde est quod gratias agamus Deo et nobis gratulemur quod supervixerit ad omnes perficiendas hoc addendum quod pauper obierit, hinc alii carius suam operam nobis elocant, quamvis nostri accusarent defectum economiae ipsius certum est quod pro pictura non multum habuerit 38 aut ad summum 40 florenos cum a dantibus nostri peterent 12 scilicet pro feramentis et lapidibus.

Quidam nobilis Zelandus pater D. obiit Bruxellis qui legavit filio summam pecuniae, propter quam haerebat in hac urbe hicque parentavit patri Missamque pro eo cantavit et dedit Conventui pitantiam, et adhuc alias.

¹⁴M^{isus} et ¹⁶P^{mus} D. Franciscus Descoubleau Cardinalis de Lourdeys archiepiscopus Burdegalensis, Aquitaniae Primas, fundator et promotor Cartusiae Burdegalensis vita defungitur 8 Februarii. Francisci et Isabella Babou filius, dedicavit ecclesiam Tullensium die martis 5 Augusti 1608, praefuit ab anno 1599 si bene noto, et ipsius tempore instituntur Burdegala non solum Cartusiani sed et Capucini, Urselane Carmelinae et Minimi; de Cartusia consule origines nostras.

In die S. Valentini advecta est statua S. P. N. Brunonis Antwerpia atque eodem die supra portam anteriorem domus nostrae posita, ut jam unicuique transeunti notum sit sub quo duce militamus, pretium solvit, 25 circiter florenos, P. S. Laurentius Honius praeses collegii Divaei, qui et alia beneficia domui praestitit, sed et Lovaniensibus Patribus circa idem tempus pecuniam dedit pro reparatione muri, qui sponte corruerat ante pedes equorum

fratris Ludovici Conversi et D. Pirennoy Procuratoris nostri, dum illac transirent Chenas profecturi pro negotiis, ut primi fuerint qui domi renunciarent.

Celle notate jam litteris B. et P antiquiores reparatae fuerunt quantum ad praesentum novis assensibus, sicut cubiculum hospitum, et culina ista restaurata, in vicino cubiculo foderunt puteum ex quo facta est utraque anthelia, una quae deservit culinae, altera hauritur ex area anteriori pro communibus usibus, quamvis adhibuerint diligentiam jam tertio officiales non tamen voto politici sunt suo quia turbulenta est aqua, quae ex vicinis lacunis eo defluit.

In Quadragesima V. P. Prior habuit commissionem a R. Patre ut cum P. Priore G. Audomari D. Chona Wrie summo economo visitaret aedificia quae Patres Angli struebant, Neporti. Ibi sequenti die incidit in febrem qua periclytatus est, et propterea diutius hoesit in Flandria.

In absentia P. Prioris venit huc pedes D. Stephanus Charpentier cum uno famulo Procuratorum unus Montis Dei qui assignavit nobis 1400 florenos recipiendos in Natali Domini festivo a quodam mercatore Namurcensi, cui arbores vendiderat. Hanc autem pecuniam D. Stephanus d' Auvergne Prior Montis Dei ad humilem petitionem P. Prioris nostri promiserat domui nostrae pro ejus restoratione, atque alius multis domibus benefecit.

Neque silentio praetermittendum puto zelum hujus P. Coadjutoris, quippe Mauria pertransiens vidit ibi monachum Ordinis nostri, et ipsum curavit invitari ad cenam, qui renuens satis manifestavit sibi non bene conscium, atque ab hospite suo didicist. quanta libertate et scandalo ibidem haereret, quam-

vis in ædibus parentum, erat is Bartholomæus Galbortius professor domus Lovaniensis, qui gerebat litem coram archiepiscopo Mechliniensi causans suam professionem invalidam et quidem ad suggestionem quorundam P. Pater permiserat educi ex carcere et ad parentes deduci; nonnullorum enim contumaces animi et plura si infubeantur ausuri laxamento aliquo melius curantur. Verum nec sic hic curatus est, et insinceras animas sicut impura corpora quo magis nubias: eo magis ledas; quæcumque audivit ab hospite S. Coadjutor retulit P. Vicario nostro Richardo qui notitiam habebat totius litis et causæ, hinc factum est ut prohibitum fuerit illi exire ædibus paternis nisi ad ecclesiam atque his postea brevem finem accepit, negabat etiam apostolicus Nuntius se tantam libertatem ei permissurum, certe inde, cum potuisset retineri, aufugit, donec in profundum malorum et demeritiam incidit et nostri pro evitando levi scandalo majus incurrerunt, nam exteras etiam provincias petiit. Dominus autem Coadjutor ad Piratum domus Monstrolli non diu post promotus fuit prout meretur ejus religiosa conversatio et zelus.

Venerabilis autem P. Prior Cartusæ Leodiensis S. Franciscus Francisci me suis litteris lætificare dignatus, quarum talis est tenor: Carissime Pater, non immemor antiquæ tuæ humanitatis quam et modo in te circa me perseverare cognosco, has volui ad vos transmittere ut lætitiâ nostram aliquam vindices. 13 mensis præsentis Novitius noster coram Ill^{mo} Nuntio apostolico me celebrante professionem fecit, adstante hominum maxima multitudine: ipsoque Ill^{mo} Exhortationunculam ad profitendum faciente, propuloque ad audiendum intentissimo etc., gavisus est supra modum Ill^{mus} protinus ubi audivit juvenem rotum emittentem et dicentem Ego Aloysius Gosvini, etc., nam et Ill^{mus} Aloysius Caraffa vocatur, etc.

Chronographicum

De LV Vol^{to} 1 stat hæc reddenda Anant

Aliud

Ponka Clav. omnia INDICA et ls. VII. (P. 118.)

Anno Domini 1628 mensis Junii 8 die obiit admodum Reverendus in Christo Pater ac Dominus D. Bernardus de Montgaillard monasterii B. Marie de Aurea valle abbas, Doctor Theologus, sacri Ordinis Cisterciensis in archidiecesi Trevirensi et Ducatu Luxemburgensi Vicarius generalis qui ex illustri Perinorum apud Varnes natus familia jure Domini in monasterio Fuliensi anno ætatis 15 est complexus: et præcipuus ejus congregationis post R. P. Joannem de la Barriere fundator, jubente Clemente VIII Pont. Max. (cui, sicut et Innocentio IX acceptissimus fuit.) ab illa aulæ, in Ordine Cisterciensi perseveravit. Anno ætatis suæ 18 cum Henrici III Francorum regis summum Concionatorem Gallia tota obstupuit, Hispania, Italia, in transitu est mirata Roma ipsa suscepit. Belgium annos 40 maximo fructu et applausu audivit, Serenissimorum Alberti et Isabelle Principum aula regia septem fere lustis ecclesiasten coluit, et ab ejus ore mellifluis peperdit. Oblatos Pamiensem, et Andegavensem episcopales in Gallia infulas religiosa humilitate recusavit. Alberti III jussu Nigellensis triennium, postmodum Aræ vallis tres supra viginti annos abbas, utriusque sed. hujus præcipue in utroque statu non tam restaurator, quam de novo fundator dici jure merito potest. Vir fuit præclaris animi et ingenii dotibus ornatus, esimæ in consiliis tam secundum Deum quam secundum seculum prudentiæ, omni scientiarum sive humanarum sive sacrarum genere instructissimus, divinæ et spiritualis doctrinæ magister insignis, spirituum discretionè Mirabilis, in pauperes liberalis, familiari conversatione blandus, in quoscumque potuit beneficus, in eloquentia vix illi secundus. Hereses et vitiorum

opugnator acerimus, catholicæ religionis assertor invictus, humilis, mansuetus, nulli gravis, omnibus amabilis. Magnam vitæ partem unica in die refectio, plures quadragesimas lina tantum hebdomadis singulis tenuissimi cibi gustatione, noctes innumeras brevissimi libatione somni nuda cubans humo, sacro Bibliorum codice pro cervicali contentus transegit. Post atrocissimos annorum plurimum nephriticidis et arthriticidis cruciatus novissimum vitæ decennium patientia ad medicorum etiam stuporem admiranda in continuo traxit martirio. Percepit sanctissimi Viatici, et Unctionis extreme sacramentis tres integras, quibus supervixit septimanas, sacram quotidie mira devotione sumpsit signam et concessum nuper a sanctissimo Domino nostro Urbano VIII Pontifice Maximo universale jubileum Ariduo ante mortem in júbilo cordis est consecutus. Cunctis Monasterii rebus optimo statu (instituto etiam successore) compositis, assistentibus ei admodum R. R. D. D. de Castellione, de Hella, de Columna abbatibus data fratribus omnibus, et petita vicissim benedictione inter ipsorum de carissimi Patris transitu merentium manus in supradicto Duræ vallis monasterio, magnam suæ virtutis opinionem, magnum sui desiderium Principibus, fratribus, et omni patriæ reliquens anno ætatis 65, professionis 49, ipsa Dominicæ Ascensionis octava die circa secundam pomeridianam ad Deum et Patrem, ut pie speramus, ascensus in Domino feliciter obdormivit. Pro cuius animæ refrigerio orationum et sacrificiorum vestrorum ex caritate suffragia humiliter petimus, parem vobis ubi rogati fuerimus, pietatis vicem toto affectu reddituri.

Sepultus est iuxta gradu dormitorii et hoc sibi epitaphium vivens composuit.

D. O. M.

Viri magni, probi, boni,
Chari Patres, filii, fratres,

Accedentes, discedentes; ascendentes, descendentes

Videte, legite, audite, exaudite:

*Hic jacet vester Bernardus
Cui vos dilecti; qui vobis dilectus:*

Miser et miserabilis

Misericordiam Domini et vestram

Expetens exoptans, expectans

Eia, heu eia

Estote misericordes:

Memores estote iudicii mei

Sic enim erit et vestrum

Heri mihi, et vobis hodie.

Hæc carissimi, hæc perpendite

Et misero mihi preces pendite

Alite, sancti estote, et valet.

Frater Bernardus de Montgaillard

Hujus ecclesie abbas XXXIX.

Vivendo moriens et moriendo vivens

Sibi posuit.

Jubilæum, cujus supra mentio facta est etiam Bruellis celebratum est circa hoc tempus. Initium Bullæ talis erat:

*Jubilæum universale S. D. N. Urbani divina providentia Papæ VIII
ad agendas gratias et divinam opem implorandam.*

Urbanus Papa VIII universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Quod ab initio Pontificatus nostri precibus et votis expetivimus, Pater misericordiarum Deus animi nostri pios affectus respiciens, orthodoxæ fidei hostes non solum repressit, sed eorum vires attrivit adeo, ut in portu tranquillitatis conquiescere posse videremur; inimicus tamen humani generis qui in agro Dominico solitus est superseminare

izigania, satagit auram revertere in procellam, et interturbare tam felices progressus nititur. Quamobrem præterita beneficia ab altissimo obtenta requirunt, ut majores, quas possumus gratias ei agamus, et grati animi significationem publicam exhibeamus, et, insimul divinæ majestatis suæ thronum adeuntes pro sanctæ Ecclesiæ hostium conversione, ejusdemque Ecclesiæ exaltatione, et inter Principes catholicos pace summopere deprecemur. Peccata igitur, quæ obicem gratiæ Dei interponunt, jejuniis, fletu, orationibus, eleemosynis redimamus, ut qui sperantes in se infirmari non patitur, ulterius magnificet nobiscum facere misericordiam, et convertamur ad illum in toto corde nostro. Hoc autem ut fructuosius, et majori cum spiritus ardore peragatur, ex veteri Ecclesiæ Romane omnium matris et magistræ more in presentibus necessitatibus ejusdem Ecclesiæ thesaurus, quorum dispensatores a Domino constituti sumus profere et largissime erogare decernimus. Itaque ex parte Omnipotentis Dei, etc.

Ad quæ beneficia répercit Summus Pontifex lector colligere poterit ex externis gestis quæ passim insero.

In festo S. Trinitatis celebrata fuit supplicatio a nobis cum V. Sacramento intra ambitum, in civitate primo die hoc est feria 4 ante Pentecosten 7 Junii, et novo exemplo viri habuerunt frequentare ecclesiam collegiatam S. Gudule, femine parochialem S. Catharinæ, ad quam etiam ^{ma} Infans Isabella non est dedignata accedere. Nobis autem summum altare designatum fuit.

Et hoc quidem jubileo et precibus indigebamus quia imminelab, non una calamitas imperio Hispanico et augustissimæ domus Austriacæ, prout monstra etiam in remotissima Hispania protendebant.

In civitate Ulyssiponensi Portugalliæ regni primaria in mense Aprii hoc anno 1628 peperit quoddam pulcherrima mulier que vivum habet, puerum armatum, qui baptizatus fuit et vixit aliquot dies, et tandem mortuus est, et in parocia S. Sebastiani de Mouraria humulatus.

In mense Julio in Alcobacix oppido apud Lusitanos ob. celebre monasterium Ordinis Cisterciensis apprimè permulgato gallina quedam Indica quam $\mu\epsilon\lambda\rho\alpha\pi\pi\acute{\iota}\delta\epsilon\nu$. appellant Græci ex oris suppositis 4 pedum eduxit pullos, (sive qui haberent 4 pedes).

Dux item puellæ colligatæ natæ sunt in Portugalia a quadam pauperrima et rusticana muliere maritata in villulis, quæ planæ appellantur Lusitanæ ab chaas ad mediâ leucam Leixæ civitatis, in die S. Annæ 26 Julii 1628 quæ ambæ sacro fonte baptis-
matis abluctæ sunt, nomenque Trabellis ambabus impositum est. Habent quatuor brachia, et tres tantum filias, et ungues pedis minus similes sunt unguibus catiorum. Hæc ex epistola V. P. S. Bernardi Gort Prioris Cartusix Ulyssiponenis, cui etiâ inclusit. imagines et icones predictorum monstrorum nitide depictas.

V. P. Prior Gandensis et Convisitator reversus ex Cartusia cum Priore Lyprano et Diestensi feria 5 post Pentecosten, et lecta est carta statim post meridiem. Obierunt monachi 64, Conversi 24, Donati 6, Moniales 2: personæ 96. Plenum Monachatum habuerunt D. Bernardus Hlum Prior domus Buxie et Visitator Alemannie inferioris, D. Joannes Monter Prior Vallis Christi et D. Adamus Ogier professor et Prior domus Parisiensis D. Henricus Beranger professor et antiquior domus Abbatisville, Coadjutor in domo Cholose, alias Prior domorum Gillegniaci et Montis rivii nec non Vicarius domus Galetarum, qui ultra 60 annos laudabiliter vixit in Ordine, habuit Missam de Domina.

Obit B. S. Nicolaus Chastillon magnus amicus Ordinis et benefactor domorum Parisiensis et Grecensis cui postremè mille scuta annua dedisse dicitur; habuit plenum Monachatum in Francia

Obisse item denuntiatum illustris S. Carolus Antonius Abr-coreus Marchio de Gattinaria, fortassis et successoris S. Mercurii

de Gattinaria Cardinalis quondam nostri benefactoris.

Miraculum
in Scheut.

Regulii in missionibus caritativis conventualiter Missam de Sonina pro gratiarum actione de ista miraculosa curatione heriosius quam anno 1623 descripsi quando contigit, sed primum nobis innotuit ex alio miraculo: mulier enim Basilee in Wasia, unde predictus etiam heriosus erat oriundus obtulerat, ex voto nummum argenteum et mamillam ceream in signum curationis acceptae, quam ad P. Priorem detulit frater Joannes a Rosario Donatus, et certum reddidit alterum incolam perfecte et miraculose jam ab aliquot annis fuisse curatum ad invocationem Domine nostrae de Gratia in Scheut. Cogitabat S. Procurator erigere seu restaurare oratoria in via sed P. Prior non permisit seu dissuavit.

Frater jacobus
Donatus et coquus
mittitur Affli-
gemium.

Frater jacobus Laurentius donatus hujus domus et coquus industrius fuit expe-
ditus a proposito Affligemensi, ut doceret suos novas Arones artem pisces
coquendi quibus semper veteri secundum Regulam S. Benedicti incipie-
bant et se in aliis observantibus reformare, remansit ibi aliquot menses et
2 Octobris remisit adjuncto vase primariae cervisiae pro Conventu eique
in manus 12 florenos dederunt et aliquando miserunt anguillas grati
animi ergo.

In principio etatis quidam egregius juvenis preclara sta-
turae et formae et bonae indolis, ut apparebat, fecit probam in se-
culari habitu, et post quinque septimanas P. Prior demisit eum,
quod ei nimis juvenis videbatur et magistro non satis eruditus
non sine dolore quorundam conventualium, qui in proximo
festo S. Francisci ejusdem Ordinis habitum sumpsit in Botendael.

Visitatores petiti a Priore Sylveduensi et subito salvo conductu
eo se contulerunt, ista domus a 14 annis non fuerat Visitata, nam P. Em.
mechovius nec in hac domo Prior nec illa Visitatorem unquam
habuit, sed et haec fuit postrema istius domus.

V. P. Prior noster qui erat Visitator retulit nobis duas albas ex
Aemissima Aela cum dantillis quas ejus fratria dederat, quod cum suis

aliquot dies in hac domo fuissent Arctati: Et cum deserirent, solemnitatibus, nec admitterent, Lappas seu piecas quæ albæ solebant, in sui ex ea materia cuius casula erat in memoriam quinque vulnerum Christi, hinc in dissuetudinem apud nos venerunt, sicut nec apud seculares amplius in usu sunt. Antiquum hunc usum huc usque religiose colueramus sicut audio tamen in Hollandia et alicubi rigere.

Totum tempus hujus ætatis conversum fuit in pluvias hyemales et magnum attulit damnum præsertim feno: potuit et inter signa numeri future et imminentis calamitatis.

In festo Transfigurationis S. N. Jesu Christi professionem emisit D. Joannes Vanden Leone alias Vanden Zande, qui nomen assumpsit Anthelmi. Pater providit illi de omnibus necessariis sicut justum erat, et liberaliter Arctavit conventum, et promisit 1500 florenas pro constructione novæ cellæ: habebat tamen aliquod ecclesiasticum beneficium in Watcourt, quod est oppidulum Comitatus Namurcensis cuius dispositionem pater retinuit. Ejus condiscipulus obtulit illi carmen cuius Chronographicum sic habet:

Vota Vigent q'Ve Chng'Ve Deo non trita profers.

Eodem die ~~Disthemii~~ professus est nostrum Ordinem D. Joannes Schoenendonck Brucellensis, et in præcedenti junio Nicolaus (nunc Bruno) Clemens qui hanc domum studiosus sedulo frequentavit modestus juvenis prope Hallas. Hos spes maxime promovit P. l'Apостоле senior noster, Arnoldus Ghysels parum provectionis ætatis ex cognatione D. Piprenpoz. Procuratoris nostri habitum suscepit in domo Capelle. Similiter Gandavi aliquot juvenes absolverunt annum probationis et fideles inventi sunt.

Circa hoc tempus venerat Brucellas Dux Mutinæ abnepos

Ger^{ma} Infantii, cui et ei munera multa largita est, et ab Hollandis in finibus Brabantiae circa S. Ludonem intercepta fuisse sed postmodum ad instantiam Principum Italiae redacta, ni fallor.

Hac aetate contigit etiam aliqua turbatio in civitate. Nuntius enim apostolicus ^{Ill^lmus} S. Fabius de Lagonissa conque-relatus Principis officiales nulla Sedis apostolicae diplomata effectum sortiri sinere in tota sua Belgica, nisi praesio Concilii sui Principis placito atque consensu, nisi sicutur Philippi archiducis Austriae Pragmatica Sanctione, qua repetitis vicibus, annis Domini 1485 et 1493 et 1497 constitutum et ordinatum fuit.

Ne quis cujuscumque ille status aut conditionis foret, exequeretur, vel executioni mandari pateretur aliquas litteras expectativas, reservationes processus, sententias executoriales, nec alias Bullas, vel provisiones apostolicas super beneficiis in suis ditionibus constitutis sub poena amissionis utilitatis et effectus eorumdem, nec non tammi extra easdem suas ditiones punitionis et correctionis ad exemplum aliorum; addita hac declaratione, quod contraveniens foret inhabilis ad unquam tenendum, percipiendum aut possidendum fructus aliquorum beneficiorum in iisdem ditionibus, idque donec dicte provisiones et Bullae essent in suo magno Consilio visa et pro facienda illarum executione concessae litterae patentes consensus in forma debita, etc.

Addunt Caroli V Imperatoris edictum 4 Octobris 1540 datum, quo vetitum est, ne ecclesiastici contra seculares iudices in causis officii eorum uterentur censuris aut monitionibus comminatoriis sed requisitoriis litteris: post quas seculares iudices si requisitoriis non intendunt obtemperare, nihilominus teneantur supersedere ab omni ulteriori progressu ad mensem ut ecclesiastici seu eorum officarii sibi provideant de remedio iustitiae apud Superiores secularium sub poena, quod si dicti

seculares non supersederint, arbitrarie corrigentur, ne, inquit, dicti ecclesiastici suis requisitoriis frustrentur.

Tota supra dux machera, inquit Nuntius, quibus ad vociferationem Procuratoris generalis anno 1628 Cancellarius Brabantie primum officialem cathedralis ecclesie Mechliniensis deinde Nos impetere motus est, ob publicatum monitorium abque prioris sui Principis placito, a Sede apostolica impetratum et ad prefatum officialem directum ad finem revelationis sub pena excommunicationis lapsis tempore specificato incurrendae contra quorundam Nobilium bona mobilia, etc. injuste detinentes et detineri scientes, proat, ex Actis illis insertis elucet.

Quis ejusmodi decreta ex Cancellaria Brabantie mandato in locis publicis affixa non miretur? praesertim cum prefati monitorii publicatio nec in verbis nec in mente Constitutionum prefatorum Principum contineatur. Siquidem prior Constitutio a terminis juris recedens tantum est concepta de exequentibus seu executioni mandari facientibus litteras, Bullas et provisiones apostolicas super beneficiis. At, novae Constitutiones a jure communi exorbitantes maxime quae libertati ecclesiasticae etiam rationaliter contrariantur (si rationaliter ei possit contrari) non sunt extendendae ad ea quae nec secundum medullam, nec secundum eorum corticem adaptari possunt. Quae autem affinitas inter beneficia ecclesiastica, et bona mobilia alicujus laici defuncti? nihil igitur per publicationem praefati monitorii peccatum fuit contra Philippi archiducis constitutionem: eam enim legem ac juris observantiam Imperatores legum et juris communis conditores sibi praescripserunt, ut quidquid, nova lege ab ipsis prolata expressum non conspicitur, id veterum legum constitutionumque regulis relictum intelligatur. An vero ista

Philippina Constitutio toleranda sit nec ne jam non disputo, sufficit modo astruere officialem Mechliniensem in executione praestati mandati apostolici citra dictae Cancellariae Brabantiae consensum nihil deliquisse contra illam et nos merito avari sum decuisse. Nec etiam deliquit contra Carolinam, utpote qua tantum decernitur seculares iudices in causis officii, censuris et monitoriis ecclesiasticis non esse impediendos. Quis iudex ut iudex quare in causa officii per ejusmodi monitorii publicationem generalem impediri potuit?

His et similibus consideratis admonuit nos officii nobis commissi cura ut pro tuenda apostolicae sedis auctoritate Procuratoris generalis obstacula removeremus et Thomam Cantuariensem potius quam Volsuum Cardinalem imitari si opus foret, optaremus. Sed Deo laus ex istis difficultatibus emersimus ^{Gr^m} Principis Trabelle prudentia, quae et Cancellariis silentium imposuit, et auctoritatem apostolicam suavi suo jure moderanter inexit. Ne Amen videremur aliquid concessisse violentis istis apostolici juris invasoribus monitoria cursum suum habere fecimus et anno revoluto sententiam excommunicationis per dictum officialem proferri mandavimus, ad quam omnes contigere, adeo ut in posterum quod aliorum monitorum (ut aiunt) conventia se praescribere credebant, attentare pertinescent.

^{Gr^m} Infantem monuimus et quosdam alios haud leve peccatum esse litterarum apostolicarum executionem quovis colorato praetextu remorari: Bullam censurae et alias super eo allegantes. Id summopere detestati sunt Patres Synodi Curonensis anno Christi 849 in Hydruntino, quis in piis Principibus hoc tempore tantum defendat, nefas?

Proposui etiam similitudines quas apud Baronium aliquando legimus videlicet quod sicut sensus animalis subditus debet esse ra-

tionem; ita potestas subdita terrena subdita esse debet ecclesiastico regi-
mini, et quantum valet corpus nisi regatur ab anima tantum
valet terrena potestas, nisi informetur et regatur ecclesiastica disci-
plina. Et sicut pacatum est regnum. Corporis, cum jam non
resistit caro spiritui, sic in pace possidetur regnum mundi,
cum jam resistere non militat regno Dei. Revolvantur fasti
hujus Belgicæ ab editis istis Constitutionibus et videlicet quanto mi-
mero dies belli nigro signati lapillo superent, quos candida pacis
laurus exornat. Nullo sane sibi ipsis Principes infelicius con-
sulent quam ecclesiastica jura deprimendo: qui enim lacessit
ecclesiam sibi Deum constituit adversarium et ultorem, ut in-
numeris probari potest exemplis. Et forte unum ex illis dicitur
urbis Libreducensis amissio, quæ toties tentata ab eodem hoste
hactenus semper invincibilis persistit donec Principis Procurator ge-

Sed si error veralis istam injuriam Sedi apostolicæ inferre præsumpsit.
erat correctus.

contra mentem (ut opinor) piissimi Imperatoris Caroli, qui di-
ctam constitutionem sancit (ut ex ejus præfatione patet) ad ex-
tandas, inquit, omnes inter judices contentiones et scandala, non
autem ut Ecclesiam exarmet, et omnem controversiam ad
judicium secularis arbitrium transferat. Quis amabo Imperatorum
Ecclesie..... stringere valet? Solis Apostolis et eorum in sacerdo-
tali dignitate successoribus a Christo dictum est, Quaecumque
solveritis super terram erunt soluta et in cælis. Si penes Im-
peratores esset potestas censuras ecclesiasticas impediendi nomine
Theodosius aliqui imperatores et reges, qui Ecclesie anathemata
in spiritu humilitatis sustinuerunt, prælati illos excommunican-
tibus præcepissent, ne id facerent? An illi prælati aut illis obe-
dire aut illorum placitum obtinere debuerunt ad immodandos
censuris ecclesiasticis committas? Non illi prælati aut illis obedire

aut illorum placitum obtinere deluerunt ad inmodicos censuris ecclesiasticis committas? An minor est nunc ecclesiastica potestas quam olim? Has difficultates quas cum Cancellario Prabantie habuit Nuntius apostolicus scriptas referens hic descripsi cupiens omni palato deservire.

2 Septembris tempore Minutionum ivimus ad Dominicam Lakensem, ibi offendimus R. Abbatem Grimbergensem devote et pontificaliter cum 24 religiosis Missarum solemniam peragentem, post cuius discessum S. Sacrista noster Missam privatam celebravit, et in domo suburbana parentum S. Christophori Tocant, urbane excepti fuimus a nepote ipsius recenter nupta cuidam juveni dicto Jacobs. et quia ibidem aliquid alimenti sumere nobis non licebat, pecuniam dederunt, pro vino sicut et in nuptiis unicuique religioso.

In jejuniis Quatuor temporum ejusdem mensis S. Cornelius Steylart Bruxellis ordinatus fuit sacerdos, qui 8 Octobris cantavit primitias. Matrona quaedam Antwerpensis dedit illi pulchram albam, et cucullam ecclesiasticam, fratres 40 florenos pro standis religiosis sed nullus ex propinquis adfuit. S. Athelmus in iisdem jejuniis subdiaconus.

Ordinatum a P. Pore ut sacrista librum Evangelii in festi 12 lectionum aperiret ante Matutinas, et in iisdem Matutinis juxta nos staret in stallis.

Sed et in Visitatione quam habuimus sub finem Octobris per Patres Commissarios S. Petrum Lion Priorem Valencemensem et S. Thomam Verici Priorem domus S. Audonari ordinatum ut nulli secularium permittatur deinceps coquere coquiam in hac domo ob varias causas nostrae vocationi et solitudini minus convenientes; conquerebantur Laici utensilia ab eis deteriora fieri et intempesta nocte pulsabant et intrabant domum.

Caulus musicus et instrumenta musica cum per Statuta no-

nostra eorum usus interdicatur, non admittantur post hac in domum etiam quavis solemnitate vel festo incurrente. Cui ordinationi fuit adhuc contradictum, quia per nos non fiebat, sed ad instantiam secularium, qui se ultro ingerebant.

Ad consulendum honori et gravitati nostri Ordinis, et ut moderentur excessus in tractandis parentibus et amicis religiosorum deabus vestitionum, professionum et primitiarum eorumdem ordinamus ne in postea vocentur vel admittantur plures numero quam duodecim, iidemque tunc linea ad summum refectioe sint contenti, etc. Haec ordinatio cum a Priore ipso (ut praesumimus) sit perfecta plusquam observata fuit ut saepius nulli prorsus seculares admitti fuerint.

Conversi et Donati non comedant vel bibant in civitate nisi in praesentia alicujus officialis, etc.

Religiosi non loquantur cum mulieribus nisi cum socio nominando a Superiore, et sic per cancellos nisi sint propinque in primo et secundo gradu quibuscum poterunt loqui sine socio et in hospitio mulierum, etc.

D. Nicolaus Dierhout per Patres Commissarios fuit institutus sacrista anterioris sacelli pro suo exercitio et consolatione, et is fuit primus ex monachis.

Tempore Visitationis 21 Octobris habuimus professionem D. Joannis Schoolant Bruxellensis qui nomen accepit Hilariionis quaterant honesti cives propinqui ejus, nec tamen sequenti die eis fuit concessum ut hic pranderent, et propter hos emanavit ordinatio de numero invitatorum. An ex dispositione P. Prioris factum sit ut praesentes adessent incertum relinquo dubium non est quin expensas extraordinarias non approbasse.

Lexui eidem D. Hilariioni cingulum atque pro bono omine

dedi illi tale chronographicum:

DeVs ꝑꝛæClnX14 Me V1stVke.

Hoc est alacritatem animi roburque ad incundum novum vite genus Gloodoræus adversus Gothos pugnaturus, munera hotelari Martino mittens, præcepit ut ingressi templum observarent, quæ futuri ex bello eventus præbere conjecturam valerent. Audiant illi, limen subeuntes Templi euntes ex Palmo XVII Præcincisti me virtute ad bellum. Declaravit omen postea non fuisse vanum, de hostibus victoria. Atque vita hominum militia est super terram. Et ne irritum reddat omen necesse est ut prosequatur versiculum et dicat totis animæ medullis et posuit immaculatam viam meam, sive ut ponat, ne quid peccet in decursu vite injuste quidpiam et maligne agendo, sed ingrediatur per viam immaculatam sine superstitione sine vitio alio. Consentit his fere verba poeta non malus (Curcius:)

Qui me nunc viribus armat,

Nunc aperit sine fraude vias

Item Arias:

Fortis is est, qui prævalido me robore cinct

Instravitque viam mihi firmam.

Ex ordinatione Patrum Commissariorum frater Regidius de Wint Conversus hujus domus et sartor missus fuit ad domum Seflote Q. Martini non sine sensu doloris, sed non erat relictus ei justus querelæ locus, siquidem et publica admonitione præventus fuerat. Et hæc præcautio seu cautela non adeo gravis, nam omne solum viro forti præcautio est. Erat industrius in arte sua, et in aliis negotiis expediendis doctus, habuit curam sacellorum ad portam in Schuet. et Havenblock, ibi pulchram tabulam B. Virginis fieri curavit et sua hæc ornamentis exornavit, et postrema quadragesima violaceis maxime domesticum nastum ad portam, sine

etiam ex ejus exemplo sub finem quadragesimæ pro choro nostro primo violacea ornamenta antependium et casulam habuimus.

Capta est Rupella seculi hujus anno octavo et vigesimo Octobris 30. Exinde propugnatim rebelles ad officium redire neque quidquam insequens annus in Gallis hostile reliquum vidit.

Christianissimo regi congratulatus est Summus Pontifex

Urbanus VIII sequenti epistola:

Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem vox exultationis et salutis in tabernaculis justorum, videat peccator et irascatur, et synagoga Satanae contabescat. Militat rex christianissimus pro religione, militat Deus exercituum pro rege: Nos certe in hac orbis patria, sacro gaudio triumphamus, gratulamur majestati suæ victoriam, cuius trophæa constituntur in celo, cuius gloriam generatio ventura nunquam conticescet. Rupellam arcem non minus obstinatione perfidiae, quam naturæ munimentis inexpugnabilem vidit tandem hæc rex regi et B. Petro subditam. Neque sane quisquam adeo desipit, ut tam gloriosam palmam acceptam referat felicitati potius quam virtuti. Diuturna scilicet mensium obsidione docuisti Europam Gallicis legionibus et se regnante debere non minorem constantiæ laudem quam celeritatis. Tibi autem periculorum contemptu, et incommodorum patientia clare victor exercitus vitam devovet, et perfectum profligatae heresis triumphum auguratur. Converterunt et turbatae sunt aquæ Oceani militantis, obsessis perduellibus mors deditioe potior videbatur, ad ipsa majestatis suæ castæ cuniculos egit perfidia. Eminino dilatavit os suum infernus evomens scelera et periculorum furmas, ne tam opulentum propugnaculum impietati eriperetur. Hæc Dominus a doctis suis, non modo devi-

cisti hostium copias, sed ipsi etiam auxiliari Oceano potuisti frænum injicere. Gratiâs agamus omnibus Omnipotenti qui eripuit te de contradictionibus populi non credentis. Ceterum ut scias qua cura custodiendi sint victoriarum fructus ne marcescant nemo est qui ambigat a te reliquias omnes hereticorum in Gallica vinea stapulantium propediem profligatum iri. Siadema hæc perfecti decoris imponi cupit Ecclesia illi galeæ salutis qua armatum majestatis tuæ caput ipse protegere videtur. Somnus potens in prælio.

Speramus enim fore ut Gallia omni præcata illucescant conuersiones Ludovici Triumphatoris captivæ filiae San. Franciscæ Propheta commemoranti et intuenti splendorem fulgurantis hæræ tuæ. Vota nostra atque catholice Ecclesiæ secundet Deus, qui voluntatem Amentium se faciet. Interea Nuntius noster qui regalis gloriæ spectator in castis adfuit luculentus erit pontificiæ gratulationis interpres majestati tuæ, cui apostolicam benedictionem amantissime impertimus. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 28 Novembris anno 1628. Pontificatus nostri sexto.

Ergo Ludovicè vincis virtute rebelles

Fortis cum justis nomine nomen habes.

Ad domestica revertor. Mense Novembri area anterior fuit ex toto extrata lapidibus (puteo jam terra repleto qui fuerat in medio) et lapides quidem pretio comparavimus, operarios publicos gratis habuimus senatu armante 200 florenos nobis relictos a S. Maximiliano Plouer (hunc Cartusie Antuerpiensis rectore) recepimus, pro quibus reddidimus ducentas Missas ad ejus intentionem.

In jejuniis quatuor temporum Adventus D. Joannes Schoobant fuit ordinatus subdiaconus Mechliniæ, cum quo ierat D. Procurator et diverterunt ad ædes S. Archidiaconi sicut ipse nostros sepius invitaverat, quandoquidem non haberemus amplius monasterium in civitate, equos tamen reliquerunt in hospitio publico.

Ultimo die anni habuimus casulam ex parte D. Cornelii Steclart, quam matrona Antuorpiensis ei addicta miserat.

Infelix et calamitosus exortus est patriæ annus a Nativitate Domini 1629 et fere prima nautia fere appulsam esse Amsterlædam classem cum multo auro et argento ac mercibus quem in India prædatis fuerant Hollandi ex manibus Hispanorum, adferrebat, ut dicebatur, decem milliones, multa lætitiæ signa Hollandis edita, et aurum non signatum sparsum in vulgus, permixta tamen fuerunt aliquo infortunio et dolore ex morte primogeniti Frederici Palatini qui fuerat coronatus rex Bohemix, perit enim currendo super glaciem 17 Februarii.

12 Januarii in altari S. Annæ celebravit primitias suas perillustri et admodum Reuerendus D. Franciscus Joannes de Rolles e Comitibus d'Anappes P. R. L. Protonotarius ad D. Petrum Loranii præpositus academicæ ibidem Cancellarius designatus ab anno 1624 a ^{Prima} Sen. Principe Isabella, Coadjutor scilicet successorque Caii Abt. Hopperi, assistebat ei D. Medardus canonicus dicte ecclesie S. Petri, paucissimi alii seculares aderant.

11 Martii celebrius cantavit primitias suas D. Bruno Van Cudenhagen professor huius domus et maximus benefactor altero ordinatio- nis sue die quæ erat Dominica Quadragesimæ, et quia secundum consuetudinem domus erat, adhuc hospes potuit cum amicis suis epulari (et in novo edificio ad portam, pro quo etiam construendo magnam pecuniæ summam legaverat) et lætum diem agere cum fratribus qui erant ipsi reconciliati; sed non soror quæ secundo die adfuit quidem illi sed nisi ut cum lacrymis adhuc exposculetur, quod vindicans suam hereditatis partem gravasset illos sumptibus atque etiam D. Procuratori movit litem pro solutione eorum quæ

Aene restabant solvenda. Habuimus pretiosa et pulchra ornamenta alla ex.....
 quae etiam nunc inseruiunt majori altari pro summis solemnitatibus
 sicut disposuerat in Testamento suo supra descripto.

Cui congratulatus ad nostram instantiam S. Gerardus Eliji hoc praesepia
 Principis Aede Cartusiae Partheniae Bruxellensis ad venerandum in Christo
 P. L. Brunonem Van Cudenhagen ejusdem Cartusiae professum et jam
 initeratum mystam.

Qualiter e summo felix vertimur Olympo
 Aut Martia novo pulchrior ore redit
 Cum nova lux caelo se spargit, sidus utrumque
 Nulle habet ornatus, mille recenter habet
 Caliter amosam et parrhasiam haec Ara senectam
 Exiit, ac hodie jam nova dixit, ero
 Si quae sunt Colymis, Colymis Encœnia sumto,
 Et celebrent festos, et sine nube dies.
 At festiva dies, et luce sacratio omni,
 Haec mihi natalis festaque dixit, erit.
 Quae mihi Virgo manus vomit, et novat aurea festa
 Brunonis, quondam Sardonyxata manus.
 Illa manus sacro maduit, quae nuper olivo,
 Jamque subarrata est, ac operata Deo.
 Suffocata gravi quae bulga eurgit at auro
 Appendit nostro maxima dona tholo.
 Illa manus, quae tot donis altare coronat,
 Vivat, et huic figas basia quisquis ades.
 O quem te memorem, Pater! o conviva Tonantis
 Qui dextra hac prenas, distribuisque Deum!
 Pro Deus es certe, verbi que vicarius idem
 Nostra etiam Mensa iudice pene Deus.

Qui modo diuinis socias humana, creasque
 Ipse creatorem maxime iuxta tuum.
 Sed et homo generant hominem, virtute creatur
 Traducis: est ipsum parturis ore Deum.
 Maxima transformas panem in miracula rerum,
 Et de ipsum mutas, et velut alter ades.
 Ex humeris aulea hogue tibi gemmea nectis
 Est: seipsum ex humeris fers Pater ipse tuus
 Nam segmentata nostrum sub imagine Patrem
 Quem Phrygio nobis reddidit arte, geris.
 Anxii spumis fucatum vellus atheni
 Hic nitel, hic aurum, doctaque secta micant.
 A te quid toties sub veste fastidire, clamas
 Et quasi non sit onus majus honore, fugis?
 Certaris sudore Deum, velut Hercule quondam
 Supposito torques tam grave numen Atlas
 Et dicis: quis enim poterit sub numine tanto
 Stare, repentina si cadis ossa manu?
 Nec Petramitis licuit insontibus esse
 Sed cecidere uno millia multa die.
 Livere Aepidas, et ad hujus fulmina palles;
 Rem scio, diplotide hac te Rege saluus eris.
 Hæc Reges Elæ est, qua se tutatus ab igne est.
 Cum tremoret vento et turbine solus Creb
 Sed tenebris umbrisque datum est, nunc incipe luci
 Te dare, hic audendi nam Deus auctor erit, etc.

Depicta est
 Phrygio
 opere imago
 P. P. Brunonis
 supra cucullam
 laicale.

Supererant carmina in alium sensum distorta atque sumptibus
 D. Foenii presidio Iovæ Lovanii impressa.

Aliud Emblemata composuit atque cum gratia decantavit Leonar-

aus Kinck quod tale est:

Religione ac pietate conspicuo D. Brunoni Van Eudenhagen primam in-
cruenti sacrificii hostiam apud Cartusianos Deo Opt. Max. offerenti:

Portentum! quod non bellus, non arduus æther
Non immensa potest rerum comprehendere moles
Dextra gerit, totumque potest comprehendere Numen
Nampe ubi voce potens jussit majore sacerdos
Protinus oclusi reserantur limina cæli
Sidereisque tremunt orbis, sol ipse stupescit
Cui tantum in Superos licet mortalibus illud
Robur inesse negat. Cæmen est; gentesque minores
Desuper Algerum rutilo petit agmine turba,
Discurruntque polo fusi: Dominumque potentem
Associant, prono gaudent præcedere vultu
Et subito cælum linquit (mirabile dictu)
Ingens mole Deus, partemque coactus in orbem
Mortali dextra se collocat: illa Dumque
Sustinetat major nulla gravitate prementem
O nimium dilecte Deo sanctissima Myrta!
Cui tantum licet in Superos, sua dextera tantum
Terre potest Numen, premitur neque numine tanto
Trepidam facis ipse polo montesque beate
Hanc sibi vim non esse stupent. Sic illa potestas
Te similem superis, magnoque exæquat Olympo
Tu ventis, terræque manique potentior unus
Quem rerum natura nequit, sustollere dextra
Non labor est; cælisque aperis adamantæ resinctos.

Chromicon

Itz et editz a te Verl VIII Caro et sang VII e IV

D. Anthelmus dedit illi etiam carmen. D. Stobant cum illo fuit ordinatus diaconus et duo religiosi distenses supra memorati acceperunt ordines hic Bruxellis.

Primarium et novum calicem habuimus pro his primitiis qui fuit permutatus cum nostro antiquo jam fracto excepta cuppa, quae usque huc adhuc servatur, emit etiam sacrista Thuribulum argenteum, ampullas cum pelvi a Minoritis, quibus prohibita fuerat, omnis argenteo suppellex, Thuribulum servit pro dominicis et festis diebus, quod non inveniretur aeneum, pelvium habet sacellum antèrius, ampullae fractae fuerunt pro reliquiario, ni fallor. Non constat mihi qua pecunia fuerint haec comparata nisi ex missis aut elemosinis.

Notandum quod occasione huius ornamenti D. Van Cudenpangen quo antipendium recepto novo modo extendebatur et affigebatur super asseres sacrista curaverit alia omnia antipendia si extendi et affigi clavus non satis caute qui sine dubio materiam cum tempore excedent, curavit et armarium fieri aptum ad ea reponenda et conservanda atque carpentarii in his parandis bonam quadragesimam partem expenderunt.

Altera die Annuntiationis Domini D. Procurator Pepenpoys curavit sibi fieri museum, et hoc initium operum suorum atque cellam reparari. Praeterea ligna comparavit pro edificatione et restauratione domus, arbores partim pretio comparando, partim pretio a vicinis Prioribus Capelle et Silvae qui ad hanc domum frequentius divertunt.

Edita sunt Leodii parva Exercitia Molina a D. Gerardo translata.

Invenio archiepiscopum Mechliniensem ex mandato Summi Pontificis jubileum particulare indicisse ad dominicam Quasi modo et supplicationem generalem in festo S. Marci cum litanis

et collecta Deus refugium.

18 Martii tertia Dominica Quadragesimæ duellum initum est inter duos juvenes Comites D. Villerval et D. Fani G. Amoris pro secunda filia Comitis de Ballieux quam proebant, habebant duos assistentes Francum unum refugium (filium Comitis aut gubernatoris de Paione) qui duos in Francia duella occiderat, et hic suum letaliter lesit in gutture sed retrocedendo vitio calcei miserere cecidit resupinus et occisus sed quia contritionis signa dedit atque extremam unctionem percepit, archiepiscopus Mechliniensis permisit coram principe ara Lakeni sepeliri ibi insignia ipsius visuntur.

Eodem tempore Philippus Comes Middelburgi Dominus de Fronts provocatus ad duellum a Gottho Ducis Arschottani ex Domina de Brunswick quod dedisset ei alaxam alias etiam innocentem occiderat et passim aliis insultabat, provocatione ad ineundum singulare certamen et quantumvis in ea arte egregie peritus justo tamen Dei judicio similiter et ipse perit prope Sedanum in Francia. Qui enim gladio percusserit, gladio peribit.

In Comitatum successit soror ipsius Margareta Trabella uxor Philippi Amoraldi Comitis Tregemii sed non nisi singulari regis et Trabelle Infantis gratia, nam de jure omnia bona cedebant fisco, et Comes Tregemius conatus est eam promeri, in prompto obsequio quod patriæ præstitit hisce difficultatibus. Alii etiam supradicti Comites Villerval et Fani G. Amoris proscripti tandem in gratiam redierunt, quamvis Infans indignaretur eos accusos fuisse redire ad civitatem post pugnam, et quasi muliebri suum imperium contemni, non enim filia duella sub Alberto archiduce contigerunt. Sed hæc initia erant dolorum, quando Domini patriæ in suam mutuum perniciem ruebant.

Vincentio II Gonzaga Mantuae et Montis ferrati Duce sine sole
 bole 1627. e vivis sublato ortum ex controversia pro ditionibus istis
 bellum, reges Hispaniae et Galliae pro federatis quemque suis
 armavit. Accessit ad partes et Ferdinandus II Caesar pro im-
 perii jure, quod Investituram vocant. Carolo Gonzaga Duce
 Nivernensi utrumque principatum deberi passim credebatur. Non
 deerant tamen, qui Ferdinando Gonzaga Duci Guastalle fauerent.
 Carolus Sabaudiae rex sum de Monte ferrato certamen resume-
 bat. Et jam nonnullae urbes Hispanorum armis capte erant,
 et casale S. Evasii caput provinciae Consalbris Cordubensis obsederat.
 Quam urbem totius Italiae munitissimam, si non armis saltem
 fame vinci, et assidendo in potestatem redigi posse crediderat.
 Ludovicus igitur Francorum rex (frustra monito Sabauda, ut
 juxta foedus olim initum, claustra Alpium Francis legioni-
 bus patefaceret) media hyeme loca illa situ aspera, prae-
 cipitiis horrida, saxis ardua, rupibusque invia pervasit et oc-
 cupatis angustiis Leguisionem (vulgo Lusam) sub alpinam
 urbem 1629 Martii 23 deditione cepit. Hispani eandem a
 Casali digressi liberum comitibus intra oppidum im-
 portantis iter Francis reliquerunt. Reverso in Galliam,
 rege remissum est bellum in Italia sed magis recrudit
 in Belgio ut mox dicemus.

Altero Paschatis 16 Aprilis V. P. Prior noster et Visitator
 profectus est in Cartusiam satis inopinante, qui tantum feriis
 praecedenti recepisset epistolas R. Patris quibus invitabatur quasi
 illi postremum vale diciturus, et ita contigit quia fuit postre-
 mum Capitulum quod R. Pater tenuit, in quo Prior noster
 fuit primus diffinitor, P. Convisitator Prior Gandensis quia ac-
 cinctus erat ad iter nihilominus cum eo perrexit et Prior Leo-

lensis pro prima vice. Qui reversus est per aliam regionem in domum suam.

Sabbato ante festum S. Trinitatis V. P. Prior salus et incolumis reversus est domum relicto Priore Valencenarum S. Petro Lion egroto in Cartusia, in cujus rheda ad Cartusiam ierat. In finibus Francie tantum obvios habuerunt praedones qui dulcibus verbis et data bursa fere jam confecto itinere nostros dimiserunt, aliae redditis equis et pecuniola ad perficiendum iter, et dicitur invitatos fuisse a duce itineris quem nostri sumpserunt in Monte Dei ni fallor, et se proditos satis animadvertent.

Nova plantatio in civitate Molinensi incorporata Ordini per Capitulum generale anni 1629 sub nomine et vocabulo Benefidei Priori, inquit Carta, domus Benefidei in civitatem Molinensem translata non fit misericordia: modo tamen utraque domus habet suum propriam Priorem.

Obierunt intra hunc annum 53 monachi, 18 Conversi, 7 Donati. Monialis una, nullus ex nostra provincia.

D. Martinus de Bleneau professor domus Vallis S. Petri professor S. Petri alias Prior ejusdem et domus Noviom nec non Visitator Picardie qui nostram domum aliquando visitavit, obiit 9 Aprilis. Erat satis magnae auctoritatis et post abolitionem ab utroque simul officio Prioris et Visitatoris permansit humilis Coadjutor vel demissus ad Montem Dei. Et domus post ipsam vicissitudinem plurimum Priorum experta est, atque etiam fere externos habuit. Et Conventuales serio egerunt de domo edificanda in Monte vicino.

8 Julii praeteriti anni obiit S. Maria de Meral de Vaucemain magna Benefactrix Cartusiae Erecensis.

In nostra Provincia mutatio facta est non modica.

Prior domus Capella D. Petrus Saems qui dictam domum multum reparavit ac picturis et suppellectili decoravit, atque namque Ecclesie per Guisios destructam regere incepit, translatus est ad domum Diestensem.

Et D. Laurentius Serjant Prior Diestensis, qui etiam domum edificavit et personis auxerat, ad domum Capella.

D. Henricus Byl professor Lovaniensis datus est Capellanus Vicario Annialium Brugis, quo caruerunt predecessores.

Prior nove plantationis in civitate Antuerpiensi institutus est Prior, sed domus non est more antiquo ordini incorporata verbis expressis aut proprio nomine nuncupata, expectat adhuc patrimonium. Casa 59 v 3 st.

In festo Nativitatis S. Joannis Baptistae Bartholomeus Clary adjutor Coici accepit caputium Donati.

Quidam sacerdos celebravit primitias in sacello B. Mariae et dedit Pateconem.

Circa festum V. Sacramenti miraculosi D. Sacrista dedicavit prepositis et conditoribus nove sodalitatis ejusdem V. Sacramenti dialogum de ejusdem supplicatione olim Belgice compositum a P. P. Francisco Costero Societatis Jesu Theologo, et recenter translatum in linguam latinam a D. Theodorico Petreio quem Bruxellis idem sacrista curaverat imprimi sumptibus maxime Domini de Mol decani S. Gudulke, qui accepit exemplaria.

Prima Maii Sylvaducis obsessa fuit ab Hollandis, qui absque resistantia suas munitiones undique erexerunt: cunctata deliberatione Henricus Comes Bergensis constitutus est, dux exercitus regii, sed et pecunia nervus belli curvus et alia necessaria non satis cito expedita, pulvis formentarius maxime defuisse di-

citae in civitate et in castris nostris, quod Leodiensibus mercatoribus negatum
 fuisset pretium quod petebant. Et Hollandi ditiores ex praeda classis Indicae
 sumptibus non parcebant intra octavas Pentecostes pro tributo improposito super
 caminos solvimus 25 florenos. Urbes patriae Leodiensis receperant praesidia
 Caesarea ut illas defenderent a concussione militum utriusque partis.
 Totam Namiam obsidionis Sylvaeducis proferam ex verbis Cathonis Sylvi

Ex historia mi- e Societate Jesu
 raculorum B. Ma-
 ria Sylvaedu-
 censis.

Sylvaeducis in hostium potestatem venit

Tandem quod et stilus memoria, et memoria posteris tradere
 refugit exequendum est. Nono et vigesimo septimi decimi post Chri-
 stum natum seculi anno, illa religionis ars, illud antiquum caelestis
 Reginae hospitium illud publicum calamitosorum per fugium, ille
 Batavorum terror, pari reipublice luctu ac damno in hostium ditio-
 nem concessit. Calendis Maii obsideri capta est. Atque initio qui-
 dem obitio magis quam oppugnatio fuit. Munimenta indefesso
 opere, magnaue celeritate ab hoste circumdata, praesertim ea,
 quae arcendis auxiliis obstuebantur. Pauca quae in urbem contra
 oppidanorum eruptiones versa erant, deinceps perfecta. Tero advenere
 supplicia. Inruptionem in Batavorum castra non sentendam
 pluribus copiis ducibus visum. Itaque regius exercitus et viro-
 rum robore, et animorum ardore praestans, alio abductus est:
 nimirum hostem ab obsidione ad curam suendi sui conversurus.
 Ad Sylvaeducis interim accensus ferebat Mars. Hostis continuato
 maxime fodiendi labore obsessos in arctum cogere; armentis propugna-
 cula, domos, corpora sternere: non uno loco in urbem moliri. Ob-
 sessi contra pristinae virtutis memores crebris et secundis fere dimi-
 cationibus Batavos carpere; machinas, hastiumque labores corrumpere;
 egregiis facinoribus digniorem exitum mereri. Neutris aut
 cernatio aut quies fuit: non sudori, non sanguini, non sumptui par-

citum. Cumque obsidentes nihil inceptum omitterent, id om-
 ne ferme propugnantium seu audacia seu industria presum-
 dabatur. Et quanquam hostis saepe in munimenta per cuni-
 culos aperta ingenti ardore signa inferet, sustinere tamen
 Sylvaducensium impetum nunquam potuit. Semper qui dis-
 crimina tentaverant, repulsi sunt; raram obsessis decus relin-
 quentes, quod ne fundi quidem palmum, nisi quem regni
 ultro desererent, occupassent. Ergo et senserunt virtutis enixe
 vim et Sylvaducensium animos, ut Romanis retribuis pares, vera
 quidem sed infelici tamen laude, non fraudarunt. Itaque Ba-
 tanus legione regius miles gladio promptior habitus. Sed nimi-
 rum paulatim imminui oppidanorum numerum necesse erat,
 quos domi continuus vigiliarum, operis, pugnae, et vulnere
 labor, quae eosdem semper urgebant, foris novi oppugnatores, idem-
 sidem fessis succedentes atterebant. Subinde igitur propin-
 quiores miris hostes, ferram cucuculis, aquam molis, secta in-
 cendiariis ollis (qua peste nihil atrocius) pugnacissimum
 quemque perpetuis missilibus infestantes, vixi sunt. Sylva-
 ducis non ante expugnare potuisse, quam elementa omnia
 atque adeo naturam universam debellasset. Interim Hen-
 ricus Berghius Comes superato feliciter Isela amne in Vela-
 nam regionem transit, atque incredibilem terrorem hosti-
 bus intulit: haud dubie totam belli molem eo tracturus, nisi
 Vesalia patefacto ruina muro, hostem ad majorem quam pro
 presente fortuna sua, conatum invitasset. Itaque nihil cun-
 ctatus Batanus, prima luce qua via dabatur, per prona ma-
 nium irrumpit, et modica cede edita urbem occupat. Ea cla-
 des omnia repente mutavit, exercitumque catholicum dolore
 atque ira, Sylvaducis consternatione luctu patriam hostes

fiducia gaudioque implevit. Adeo universa tam ancipitis belli sors a neglecta collapsi munimenti tutela precepit. Sylvauducis interea etsi animi in spe ultima obstinati ad decertandum erant, longam tamen spei moram obsessorum fortuna non tulit. Jam pluribus simul locis visuma hostis muro appropinquabat, neque arceri ultra poterat, tum propugnantium paucitate, tum copia sulphurei pulveris consumpta. Se necessebat etiam expectatio externae opis. Ergo ut omnia sibi in dies arctiora vidit esse, omnibus bellis victrix civitas ad rumpendam deditiois moram compellitur. et quanquam Antonius Baro Groben-
 donquius praefectus ad vim aliquanto diutius cum extremo periculo repellendam obstinaverat animum, Clero tamen Penatuque contendentes, nefas esse tot civium sanguinem hostili severitate per invidiam dilationem objicere tandem civitas per pactiones hosti tradita est. Cruentum obsidio quatuor mensium ac prope dimidii fuit, non obsidentibus quam obsessis gloriosior. Vel ipsam fortitudinem vinci potuisse Sylvauducis victa docuit, eximiam in Deum ac reges fidem etiam ultima calamitate satis indicant. Haec ille discrete et ornate ad majorem elucidationem et ampliore narrationem pauca adhuc addam, quae etiam nos concernunt.

Neglecto Hispano gubernatore Cameracensi..... Henricus Berghius tanquam senior et in arte militum expertus dux exercitus eligitur, quae summa est praefectura, et ad majorem honoris gradum aspirare non poterat, dicitur atque Syppis mandatur et isto puncto temporis perverius a suis sororibus haereticis ut integra fide rem militarem non administraverit aut Sylvauduci succurreret ex eo imprimis quod dilationis semper moras quaesierit, nam hoc nunc illud deesse causans, Hispanis consiliariis invidiam apud popularem urbem concilians, et certe cum Bruxellis publice discessisset.

Publico coh-
 nestatus

Lovanii summo cum honore a G. P. L. exceptus et convivio, ni fallor,

cum multo strepitu Arbarum, et rursus nescio quas Aethenas meditatur, incomitatus redit ad Infantem, eique secreto loquitur in viridario palatii. Tota Aergiversatio accepta a nonnullis pro malo omine, proficiscitur tandem in Campiniam, aggeres hostium impenetrabiles iudicati sunt, aliqui per aquas penetrare conati sunt, et cecidit officialis quidam Bruxellensis ad quam civitatem rumor percussuerat. Sylvestro duci suppeditas alas, multa sed inanis fuit laetitiam, et rumor falsus. Heu Domine avertisti nos retrorsum post inimicos nostros, quod et nostro exercitui fuit ab inimicis Hollandis improperatum. Quid,

Parisiis nos opprobrium vicinis nostris, subsanationem et derisum his qui sunt, in circuito nostro.

Nostri viginti millibus Germanorum, quos Comes Joannes de Nassau adduxit, et eodem mense Augusto in aula Bruxellensi aureum vellus accepit, trajecto Isala fluvio in Velram penetravit nec ibi praeter terrorem Hollandis incursum et agrorum direptionem prospere aliquid actum est, cum in conspectu suo Bergensis permitteret inimico oppido comeatum inferre. Hinc animi dolore interiit Ill^lmus D. Alexander Princeps de Chimay frater Ducis Arschotani, 16 scilicet Augusti, pro cuius animae refrigerio debemus celebrare quingentas Missas, nam decem millia Missarum vidua curavit persolvi, et eas distribui per fratrem maritimum Carolum Copuicium sex millia in civitate Bruxellensi, ibique per omnes parochias pulsatum, et quinque millia alibi, potentissimus enim et ditissimus Belgarum existimatur Princeps Chimacensis.

In iisdem castris ad Isalam fluvium et eadem de causa, ut dicitur, morbum contraxit et paulo post obiit P. Hermannus Hugo Bruxellensis zelosus vir pro bono publico qui descripsit obi-

dionem urbis Bredanae. Nec silentio permittendum catholicum quemdam ex Hol-
landia scripsisse ad Berghousem, ut pergeret, progredi in Velva, et detectus
dura et immania Aulæ supplicia, ut ejus uxor mente mota fuerit. In-
super notandum ex spontanea tam ecclesiasticorum quam secularium
Brabantie et aliarum provinciarum regiarum erogatione in usus hujus
flagrantis belli hoc anno collecta esse sexdecim centena millia florenorum
brabantiorum, nec nihil simile unquam in his provinciis visum
fuisse. Attamen universum illud argentum versum est in
scoriam, nihil effectum est, Sybbeduci late non sunt suppetiæ, qua-
rum insuete tam porrectas manus habuerunt. Debita militibus
spretoria non sunt persoluta (paucis exceptis quod ex fumilibus
corrasum erat in fumum evanuit, quid in posterum facturi sunt,
qui tantam pecuniam misere delapidatam opinantur, verendum
ne refractarii fiant ad similem stimulum, sicut contigit cum in
domo civica ab ordinibus paulo post pecunia postularetur superio-
ris rationem petierunt, nec amuerunt quamvis ^{ma} Infans eo desti-
nasset dicunt. Nec ab aliis pecunia dicitur delapidata, sed regem ea-
dem indignisse cum in Italia bellum pararet in Hispaniis pene
mendicium se exhibebat, ut frater Abraham Madrito scripsit. P. Prior
pro dicta collecta dedit 200 florenos.

In vigilia Assumptionis B. Mariæ in Hollandia captivus fuit
a nostris Amfordium, et multi catholici ipsa solemnitate commu-
nicaverunt. Sed breve fuit gaudium, nam Batavi subita irruptione
Vesaliam ad Rhenum 19 Augusti occuparunt. Deux res plane om-
nium animos prostravit, nihil spei reliquum fuit, nec unquam
Prior visus fuit tam tristis, siquidem sabato infra octavas Assum-
ptionis ^{ma} Infans a P. Vicario invitata visitaverat sacellum in
Pohuet et post fusas privatim et tacite preces deambulaverat cum
V. P. Priore per pomarium vicinum lingua gallica sermones conferens

cum eo. Hinc sensibilibus fuit illi afflictio optime Principis, quae cum beato Job dicebat Deo etiamsi occidat me in eum sperabo.

Et alius quidam: Quantis precibus, quantis pietatis exercitiis piissima Princeps Isabella plebs universa ei subdita et ecclesiastici utriusque sexus Deum omnesque caelites sollicitaverunt obsequiiis Syllveducensis Aemore; sed quia non exortus est pugio, quia non conseruit manus Josue quia pignus pulvis non fuit suppeditatus Sylladucis, (proch dolor!) concessit in potestatem hostis.

In Gynaeceo Ser^{mo} Infantis sacellum nostrae Domine de Gratia in Schuet non unum sed plura cordium vota fuisse sicut in omni Ecclesia, nam unus, ut ait quidam Doctor, petit panem, alter vestem, alius uxorem, et hic inventa est quae peteret maritum ex prosapia regum Lusitaniae, domicella quaedam, quae reginam Franciae secuta fuerat ex Hispaniis et postea a rege cum muneribus demissa in hanc aulam concesserat. Et filius Antonii nobili et earegis Portugalliae ex Hollandia in Brabantiam ante quatuor circiter annos transierat et nunc uxore Principis Crangiae viduatus erat forte in hanc coniecerat oculos quem ut poveri adipisci vota volebat. Deo et B. Mariae: hinc curavit novem Missas celebrari in dicto sacello per D. Procuratorem quem comitabatur quidam sacellanus aulae, et dabat pro qualibet Missa 12 asses et postea dedit B. Virgini duplicem togam auream, inferior serico albo sexta erat, superior caeruleo postea dirisa fuit; insuper dedit duas coronas pro parvo Jemu et matre ejus ex puro puro auro aestimatas 70 floren.

In minutionibus Septembris R^{mo} archiepiscopus Mechliniensis celebravit privatim in summo altari ecclesiae nostrae, et antequam exiremus largitus est nobis conventualiter congregatis benedictionem, et dixit urbane se oraturum Deum ut haberemus faventem auram.

Hollandi Sylvauducis post quinque fere mensium obsidionem transverso et praecepto muro ad deditonem 17 Septembris adigunt.

Haec describere et meminisci pene animus et vires concidunt, sed lector accipiat copiam Procuratoris Cantuæ Sylvauducensis ad nostrum Vicarium Venerabilis in Christo Pater, si vales hoc est quod opto, ego Dei gratia valeo. Sed quod omnium oculis et animis deplorandum est, calamitas haec et miseria, quae venit super hanc civitatem. Altaria Dei destructa sunt, sacerdotes coguntur ire in terram quam ignoraverunt. Desideratur hic novus jeremias qui novas componat Athenas super desolatione hujus civitatis quae hodie tradita est in manus inimicorum nostrorum defectu puberis formentarii, cibaria nunquam defuerunt. Passi sumus supra civitatem, ut vulgo fertur ultra viginti septem millia ictus formentorum, et quingentas bombas, quam horribile formentum bellicum illud nullus potest exprimere, nisi qui viderit, unico ictu et momento destruere potest integram domum. Domus in qua V. P. Visitator nuper hic Buscoducis hospitabatur, ejus impetum expecta plane desolata est (atque ejus ruina P. Andrus pene oppressus fuit, hinc fama occium vulgaverat). Venerabilis Pater, me vestris precibus commendo, spero quod coram aliquando latius loquemur. Judicia Dei abyssus multa, iterum nos reverti cogimur, non dubito quin V. P. Prior noster prima opportunitate Buscoducis veniet, alias latius salutabit ex me V. P. Visitatorem et omnes confratres quorum me precibus commendo. Raptim Buscoducis 17 Septembris 1629. V. D. fr. V. Knibbe.

Sylvauducensium luctus ob sacrorum et religionis mutationem graphice descripsit R. P. Atho Zylus e Societate Jesu supra citatus.

Rex autem luctum suum explicat in epistola data ad Henricum Berghium quem sibi fidelem putabat, quippe qui rejiceret omnem culpam in gubernatorem Mesaliensem et vulgata

fuit ad compescendum murmur populi contra Berghensem.

Mon Cousin, J'ay a mon grand regret entendu par lettre de la Ser^{me} Infante ma bonne tante le mauvais succès des affaires de pardela, et le ressentiment qu'en avez eue. Et d'autre costé je fais particuliere estime de l'affection valeur et soing qu'avez monstre en ces occasions vous employant en tout ce que sy est offert de mon plus grand service. Ce qui estant, vrayement, correspondant à ce que tousjours je me suis promys de vostre zele et ancienne fidelité. J'ay bien voulu vous remercier par ceste, et assurer que l'une des principales causes, qui m'ont fait ressentir ces succès a este le mescontentement, qu'ils auront cause à mes vassaux de pardela, lors qu'avec tant soing se traictoit de leur plus grande secretesse et tranquillité: mais j'esper que il plaira à nostre Seigneur redresser mieux les affaires, et leur donner le repos et consolation qu'ilz meritent, et que par tant de raison je leur procure veillant et assistant aux choses de pardela et de la seurte d'iceux pays avec tout ce qui est necessaire comme en effect. l'on pretend à bon escient. Je me confie aussi qu'en ce que se presentera pour l'advenir vous continuerez de servir et assister madite bonne tante avec le mesme zele du passé, comme je vous en requiers et encharge. Ad tant Mon Cousin, Nostre Seigneur vous ayt en sa sainte garde, etc.

Signe Philippe et plus bas M. Delegarez.

Quidam de calamitate hujus temporis sic philosophatur:
 Recenter sub Buscoduensis obsidionis tempore vidimus armatum
 instructum mixti generis exercitum, ut seniores et qui militibus
 Belgicæ ab olim ordines duxerunt. nihil illustrius unquam nihil
 terribilius hoc in solo vidisse, quo cum nihil effectum sit libet
 hic exclamare cum D. Hieronymo: mirabilis et terribilis ordo Pro-

videntiae divinae omne genus hominum ineffabili iudicio dispensantis, contra iram Dei Israel speravit in Damasco, diruatur ciuitas quae aduersus illius voluntatem impiis praestet auxilium. Judas speravit in Aegyptiis, et Aegyptus destruetur. Aegyptii confisi sunt in Aethiopiis, Aethiopes quoque vincantur ab Assyriis. Assyrii superbunt, non Dei sed suarum virium arbitantes esse Victoriam et ipsi vincuntur a Babyloniis. Ita et quaedam alia B. Hieronymus in unum collegit ac coniecit iudicia Dei super urbes et regna terrarum sed penetrare non potuit. Nos qui sub Deo imo sub scrutatore Hieronymo longo sumus relictis intervallo, nec scrutari possumus nec aequi, quo iudicio tot urbes catholicas tanquam florentem patriam tradat in manus gladii et partes vulgum esse velit immo ille Dominus exercituum. Proferrem ergo sententiam Christi salvatoris nostri dicentis: Auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructum eius nisi timerem inferre injuriam bonis et catholicis civibus Ruscoducentibus. Responderet mihi Caelo Gryllus supra memoratus qui etiam Infraducensium calamitatem ad divinam providentiam relatum expendit, et diceret: Infraducis regi suo erepta est non Deo: cum praeter moenia et tecta, hostis ibi nihil ceperit locum victor invasit, non conscientiam civium: muri sunt violati non mores. Religionis ablati usus non sensus, etc. Sed hoc postremum sane plangendum quod saltem in perniciem posterorum cedat; sed si detrimentum Ecclesiae huius accipiat alibi incrementum capit.

Pro cronide huius nominis volo vobis scribere, quae illo famoso Aethyopiae imperio gesta fuerunt hoc eodem tempore quo Ruscoducum in manus haereticorum venit cum magna gloria et incremento sanctae Romanae Ecclesiae almae matris nostrae quae est columna et firmamentum veritatis. Appellatur imperium illud vulgare presbyteri Joannis, qui nonaginta fere leucis in circum-

comprehenditur.

Ille gentes ab anno Christi 450 perfida doctrina Dioscori Alexandrini patriarche, et abbatis Eutychetis infecte usque ad presens tempus in quo mediante divina clementia divine dispensationis quando apud Septentrionales fides ejusdemque sancte Sedis Romanae a Gensibus Calvinisticis puritanis aliisque exaristis Lutheranis oriundis tam ceciter presumuntur atque rejicitur; in illis partibus Austriinis sancte veritatis lumen ostenditur, atque diffunditur, ut que gravatores illi suis pedibus conculcant, in illis remotis regionibus novis fidelibus causantibus duplicentur.

Erat annus Christi 1629 Imperatoris Rothomagensis, qui sultam Segrad appellatur 24 vir sane optime meritis de sacrosancta Romana Ecclesia, qui rejectis Alexandrinis erroribus cum incredibile felicitate, veram catholice fidei doctrinam amplexatus est. patriarcha istius regni vastissimi est Lusitanus e Societate Jesu, qui appellatur Alphonsus, et in dicto anno 1629 erant 37 e Societate prefato Domino patriarcha inclusio, qui in tredecim sessionibus sive residentibus distributi manebant. Nempe eorum Superior cum uno in Danca ubi Imperator cum sua curia degebat. In Tremona duo, in Ganete Jesu duo. In Gorgona duo sacerdotes et unus laicus. In serca unus. In Collela unus. in Legenequs unus. In Agaus unus. In Adaxa unus, in Kebece unus, in Bagamedri unus. In Debarca unus. Et cum Domino patriarcha duo sacerdotes et unus laicus. Qui quidem predicaverunt, ubique Domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis.

In residentia Imperatoris inter baptizatos et ad catholice veritatis doctrinam reductos fuerunt aliqui qui includuntur cum

Bagamedri. Die 8 Septembris ejusdem anni 1629 in quo incipitur annus in
 Aethyopia benedixit Dominus patriarcha primum lapidem ecclesie patriarchalis
 praesente Imperatore in civitate Janca sub invocatione Nativitatis B. Virginis
 Mariae. Qui lapis fuit jactus et positus in fundamento ecclesie manibus
 Imperatoris ac fratrum suorum et aliorum Principum magni nominis.
 In Tremona fuerunt baptizati et reconciliati 6 mille. In Ganete ~~yesu~~
 10 mille in Gorgorra ultra 5 millia, in Bagamedri 4300 inter quos
 fuit unus habens annos 96, in Agaus ultra 10 millia, in Collela
 ultra 2 millia, in Ligenegus 40.000. Idem post festum Nativitatis Do-
 mini 1628, 1400. In Entece 20.000, in domo S. Patriarche 59.696, in
 Agara 2715, in Janfara 6322, ibidem pueri 500, in Nara 274:
 summa 170.907.

Carolus scribanus Bruxellensis origine Genuensis, Andreas Schot-
 tus Antuerpiensis, Heribertus Rosveidus Ultrajectinus omnes ex So-
 cietate yesu et libris editis clari Antwerpiae in Domino obdormiunt.

Cornaci apud nostros Cartusianenses, obiit magnificus Dominus
 Hermes Le Clerc Pater Prioris ibidem (qui nunc domui nostrae
 et Provinciae D. Jacobi Agathangeli Le Clerc, qui parentem ante
 sedem suam in choro recondidit sub hoc canotaphio:

Deo Domino nostro et Redemptori yesu Christo P.

Hermeti Le Clerc ac doctori medico mnemosynon

In Jacobo civitatis Cornacensis consiliario et Margareta de Froidmont
 ortus 60 annis medicinam ibidem liberaliter et magna nominis cele-
 britate fecit, ei ex uxore Agnete de Vergelos lectissima femina suae
 gentis reliqui sex liberi omnes ecclesiasticam vitam professi. Heresi
 per Belgium grassante et rebellionem tumescente capite fortunis
 saepe perclitatus, constantissima semper in patriam, regem, Deum
 mansit fide.

83 natus annos (ul pari cum liberis pietate vitam clauderet)
 ad hanc recessit Cartusiam, in cujus ambitu cellam restauravit. Gem-

plum donariis ornant, edes supellectile intusit, census duorum
anniversariorum fundatione auxit, ibique 3 annis pro usus otio
saudem donatus est. 1629. Nonis Augusti, etatis sue 86, animæ
lector bene appreciare.

Hic fuit no. In Ordine nostro 6 Augusti obiit D. Joannes le Roy Prior domus
tilis Meldensis Passerille, Sylva, Petreacasti, Vallis S. Georgii; habuit plenum mo-
receptus cum nachatum.

D. Joanne Et hoc memoratu dignum Petrum Heyn navali pugna contra
Charles comite Dunckerbanos perisse mense junio, atque sequenti julio fene
et canonico mandatum delphis qui anno precedenti classiam indicam Hispanis
ejusdem oppidi eripuerat. nec tamen ejus fructu aut triumpho gavisus fuit
tempore. Paratis aut supercetes, Hollandi depingunt passim etiam acu in
R.P.D. Hieronymi Bonetis et galeris prout vidi qui sanctorum imagines nobis de-
Marchant. stuant.

In festo Exaltationis S. Crucis Ill^{mus} Nuntius apostolicus Falus
Lagonissa ex Marchionibus Montis Herculei archiepiscopus Com-
panus assumpsit sibi in confenarium D. J. Richardum Vicarium
nostrum, quare absque alia licentia Reverendi Prioris Cartusie
exibat ad excipiendas ejus confessiones vel etiam ad alia negotia.

Sabbato Quatuor Temporum Septembris D. Anthelmus sumpsit
ordinem diaconatus, D. Hilariion Stroolandt sacerdoti, qui in
festo S. Hilariionis et undecim millium virginum anniversario
professionis sue die celebravit primitias suas. Avus maternus, Thomas
de Broeyere dedit calicem argenteum deauratum, parentes casulam
ex damasceno albo cum cruce ex panno aureo. Soror ejus, reli-
giosa in jericho, dedit corporale ex lineo velo quo contectat
in die professionis sue. P. Prior comedit nobiscum in refectorio
amici omnes in adibus parentum, et hinc sumpta est reformatio
ista.

In octavis S. P. N. ⁶ Brumonis pie in Christo obdormivit Venerabilis doctus sacerdos D. Judocus Dormael lector in seminario D. archiepiscopi Mechliniensis qui fuit familiaris in hac domo propter D. Blitterswijk sacristam cujus sororem frater ejus duxerat in uxorem, pro eo celebravimus Eucenarium et habuimus putantiam prout ordinaverat ante mortem.

16 Octobris viam universae carnis pariter ingressa est honesta mulier Savina de Pla vidua Joannis Vander Schuren in cimiterio nostro sepulta. Hi dum viverent et florent in mercatura dederunt nobis saepius recreationes ultra facultates suas, et maritus saepe a nostris invitatus gratus esse cupiebat, vidua quoque saepe elemosynae subministratae, nec tam ex malo eorum regimine quam filiorum (qui etiam plures erant) fuerunt depauperati, paulo post tabula allata est, quae exhibet depositionem Christi ex cruce in sinum matris, atque in fenestris ipsi cum prolebus ad vivum depicti, diu fuit in choro laicorum, intentio eorum fuit ut poneretur in magno ambitu.

In festo Presentationis B. Mariae habuimus cortinas albas ex tela damascena Hollandica, quas dedit patruelis D. Nicolai Sierhout.

Computus hujus anni ascendit usque ad 11.000 florenos et fere tantum expositum quantum receptum, credo tamen non ex solis bonis et redditibus domus, sed ex emolumentis et elemosynis extraordinariis tantam summam fecisse Procurator.

D. Judocus Dormael sacerdos Bruxellensis legavit bibliothecam Patribus Oratorii Lovaniensis quem clericorum catum a Petro Berullo Parisiensi presbytero anno 1612 collectum Paulus V sequenti anno Pontificio edicto ratum esse decrevit. Auctorem porro praecleari hujus instituti pari doctrinae ac pietatis eminentem laude Urbanus VIII in Eminentissimorum Cardinalium adscripsit ordinem anno 1627 qui biennio post magnis cumulatis meritis et eximia prole inclitus vivere desit 6 Nonas Octobris. Hoc anno 1629 et mense quo supra alter sacerdos Bruxellensis etatis 55.

Nomina, cognomina et patrie Illustrissimorum et Reverendissimorum
 DD. S. R. E. Cardinalium a S. S. N. Urbano Papa VIII creatorum die 30 Au-
 gusti 1627 et publicatorum die 19 Novembris 1629:

Joannes Baptista Pamphilus Romanus patriarcha Antiochenus
 sacre Rote Romane auditor et Nuntius apostolicus apud regem ca-
 tholicum;

Joannes Franciscus ex Comitibus Guidis a Balneo ex flaminia
 episcopus cerviensis et Nuntius apostolicus apud christianissimum
 regem.

Nomina, cognomina et patrie Ill. et R. DD. Cardinalium a S. S.
 N. Urbano Papa creatorum et publicatorum die 19 Novembris 1629:

Petrus Pazmani Hungarus archiepiscopus Strigoniensis Primas Hun-
 garie;

Antonius Sanctacrucis Romanus archiepiscopus Seleucionensis,
 Nuntius apostolicus apud regem Polonie;

Alphonsus Ludovicus du Plessis de Richelieu archiepiscopus Lugdu-
 nensis, Primas Galliarum.

Joannes Baptista Pallotta Romanus archiepiscopus Casaloni-
 censis Nuntius apostolicus apud Majestatem Cesaream;

Gregorius Narus Romanus Camere apostolicæ auditor;

Lucas Antonius virilis Romanus, sacre Rote Romane auditor;

Theodorus Ciniultius Mediolanensis Protonotarius apostolicus et
 Camere apostolicæ clericus.

Cardinali a Balneo

Urbanus Papa VIII.

Dilecte fili. noster salutem. Percipimus non vulgares nostræ be-
 neficentiæ fructus, cum mentis oculos ad eas regiones convertimus, quo-
 rum nota, novo suæ dignitatis splendore certificare potuimus. Per longas
 laboriosæ virtutis semitas in apostolicum senatum pervenisti inter
 acclamationes provinciarum, et patrocinia Principum variis magi-

strabilis apud nostrates, atque ceteras nationes pluribus semper Pontificibus gratus, multis semper populis salutaris. Quare Europa, quæ triumphalem ecclesiastici Principatus purpuram in suo capite venerabiliter eam, ipsa etiam invidia non refragante, ostendet tanquam præmium earum virtutum, quæ curatoribus publicæ salutis, post diuturnos labores merito quæerunt regnum dignitatis et gloriæ. Vix certe dici potest quam faventibus Cardinalium sententiis, quam faustis vobis auspiciis auditum sit nomen tuum in benedictione gentium triumphans. Gratias agamus Deo nostro, cuius beneficia esse scimus hominum virtutes. Nunc autem rubrum byretum ad te properanter defert dilectus filius Guilielmus Barclaius pontificii cubicularis honore gaudens. Non est quod illum a Nobis allegatum tibi commendemus, cui ipsum delati muneris pretium potis erit conciliare voluntatem suam. Perfluere, dilecte fili noster, fama tua, atque operam da vocatus ad ecclesiasticæ gloriæ solium, ut virtutum tuarum splendoribus ipsam etiam regalis ostri decus emiteat, tibi que apostolicam benedictionem intimo cordis affectu impartimur. Datum Romæ apud S. Mariam die prima Decembris 1629, Pontificatus nostri anno septimo.

Cardinali archiepiscopo Lugdunensi
Urbanus Papa VIII.

Dilecte fili noster salutem. Par non erat in Aciturnis Cassinensium penitentium claustris semper diletescere virtutes tuas tibi uni salutaris, cum esse illæ posset toti rei publicæ fructuosæ. Proceimus illas ad sacrum Lugdunensis solium, patuitque ibi posse in religiose cellæ silentio congeri divitias meritorum, quibus non minus quam infidelis sacri Principatus decorentur. Nunc autem piis christianissimi regis petitionibus ammentes te mundanos honores aspernantem ad amplissimam Cardinalatus dignitatem vocavimus. Nullam tibi benefici partem in te agnoscit ambitio: de qua contemptor opum, in cella triumphasti mortificationem crucis Christi.

in proprio corpore fons. Fraternali vero dignitatem de Gallico regno et catholica religione præclarissime meritam, maluimus apud Nos obtinere suffragationis vim, quam impedimenti, domestica exemplum te admoneant, quid a sancto Pontificis beneficentia privilegio exigat Ecclesia. Nos certe jam spe percipimus eos fructus, quibus iudicium nostrum decorabis. Quare volumus quam primum in sacra ista fronte splendescere purpureum sacri principatus insigne. Ideo rubrum Byretum properanter ad te mittimus per dilectum filium Guilielmum Barclayum Cubicularii nostri honore decoratum. Facile conicere potes quam pie cogitationes florere semper debeant sub Vaticana purpura, quæ rubescit sanguine crucifixi Domini gestantis in solio crucis coronam spinarum spectaculum factus es, dilecte fili noster, tibi Ecclesie, quæ favens nominis tui laudibus, cupit non minora, quam optimo fratri debere tibi solatia. Speramus fore, ut tantum decus gratulari utriusque vestrum propediem possimus. At tibi apostolicam benedictionem intimo paterni cordis affectu impartimur. Datum Romæ apud S. Mariam die prima Decembris 1629, Pontificatus nostri anno septimo.

Scripti superius post Pascha jubileum ab archiepiscopo Weckliniensi indictum fuisse ex mandato Summi Pontificis nunc rursus invenio Bullam alterius jubilei quod sub finem huius anni celebratum est. Romæ, quid in utroque egerimus non notari, sine dubio nos conformavimus nos quantum potuimus ceteris seriem Bullæ sequendo.

Urbanus Papa VIII universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem.

Innotuit assiduis humani generis flagitiis Deus consuevit iracundia suæ flagella sæpius ostentare, ut errantes derelinquant

vias suas et aliquando visitat in virga iniquitates, et in verberibus peccata
 nolens tamen aliquem perire, remediis acrioribus excitat peccatorum sopitas
 mentes, ut resurgentes ad eum revertantur, nos igitur e pastoralis specula
 Domini Gregis, nolis licet immeritis, crediti prospicientes salutis, cum
 propius imminere discrimina, pestilentie et damna famis pervagari,
 bellique turbines in detrimentum catholice Religionis, variis Christiani
 orbis partes invadere, et ibidem violentius percrebrescere animadverta-
 mus, oculos in excelsum tollimus ad Altissimum, qui licet sit justus,
 etiam misericors est, et placabilis super nequitiam populi sui, et pu-
 blicae orationis anchora, quod sepius fecimus, iterum invixi, instantis
 tempestatis impetum evitare speramus. Adeamus itaque in amaritu-
 dine animarum nostrarum recogitantes vite preterite annos, aram mi-
 sericordiarum Domini et sine intermissione orantes, contriti cordis
 et humiliati spiritus offeramus ei sacrificium, ut qui interdum opem
 implorantibus dormiens nulli videri, et quandoque supplicantium
 preces serius audit tandem cumulate exaudiat, et nostris et com-
 munitibus fidelium votis in tempore opportuno adesse dignetur, et
 fluctuantis maris motus dissidiorum ventis imperans, sedat,
 ut optata fiat tranquillitas. Hoc autem ut fructuosius et
 majore cum spiritus ardore peragatur ex veteri Ecclesie Romane
 omnium matris et magistrae more in presentibus necessitatibus
 ejusdem Ecclesie thesauros, quorum dispensatores a Domino consti-
 tuti sumus, proferre et largissime erogare decrevimus. Itaque ex
 parte Omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti omnes et
 singulos utriusque sexus Christi fideles tam in alma urbe nostra,
 quam alibi ubicumque locorum constitutos apostolica auctoritate, pa-
 terne erique requirimus, monemus, et in Domino adhorta-
 mur ad infra scripta devote peragendum et adimplendum,
 ac ad Deum salvatorem nostrum orandum, ut per viscera mi-

misericordie suae fidem catholicam protegere, ab hostium conatibus et insidiis
 defendere, haereticum extirpare, Principibus christianis pacem et veram
 concordiam donare, ac praecipue praesentibus Ecclesiae necessitatibus
 subvenire dignetur. Nos enim omnipotentis Dei misericordia ac
 beatorum Petri et Pauli apostolorum epis auctoritate confisi ex
 illa ligandi atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus meritis
 minime suffragantibus contulit, universis et singulis Christi fide-
 libus in alma urbe praedicta degentibus qui solenni processioni,
 quam ab Ecclesia B. Mariae Angelorum nuncupata Cartusien-
 sis Ordinis ad basilicam ejusdem B. Mariae Majoris etiam nun-
 cupatam de urbe feria quarta proxime sequentis hebdomadae una
 cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, christianorum
 que regum et principum apud nos et apostolicam Sedem, orato-
 ribus, omnibusque praelatis et proceribus ac universo clero et po-
 pulo agemus interfuerint, aut qui praedicta vel immediate se-
 quenti hebdomada eandem ecclesiam et basilicam saltem semel
 visitaverint, ibique devote ut supra Deum oraverint, nec non
 feria quarta et sexta ac sabbato ejusdem vel sequentis hebdomadae
 jejunaverint, et peccata sua confessi fuerint, atque in primo die
 Dominico vel secundo seu saltem alio dictarum hebdomadarum
 die sanctissimum Eucharistiae sacramentum reverenter sumpserint,
 et elemosinas ad libitum prout caritas singulis suggererit, fe-
 cerint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam
 et remissionem sicut in anno jubilei visitantibus certas ecclesias
 intra et extra urbem concedi consuevit tenore praesentium conce-
 dimus et largimur, etc. etiam Christi fidelibus extra urbem exi-
 stentibus, etc. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo
 Piscatoris die 22. Novembris 1629, Pontificatus nostri septimo.

De pestilentia ex litteris Mediolano et Patavina haec habeo:

Mortua sunt 80 millia hominum peste Mediolani: ex 87 pastoribus relictis sunt tantum quatuor. Origo pestis fuit a veneno, quod a quibus sparsum sit nescitur, omnes e Magistratu qui quæstionem ea de re instituerant perierunt. Pulvis aqua et unguentum spargitur, quibus quivis tangitur continuo incidit in lucem, brevique moritur. Omnes religiosi aut mortui sunt aut exceperunt ex urbe, nostros scilicet Capucinis) et Dominicanis exceptis, qui in templum convenientes omnes peste infectos confessionis gratia excipiunt.

Venit Princeps incognitus Mediolanum stipatus hastatis 16 servos multos secum habet in viridi cultu, vestium auro et gemmis distinctarum, vocat se Principem Monocia. Domus erat magna in suburbis ab hero viro nobili deserta et oclusa seris et cæteris firmissimis. Tam hic Princeps sponte patentibus valvis ingressus est cum suis ut in ea habitaret. Inde quotidie in urbem curru sumptuosissimo sex equis juncto invehitur; peste infectos invisit, qui sibi obsequentes fore pollicentur illico sanat, qui id renunt contumdi et enecari jubet fustibus. Captus semel, et ad portam carceris deductus evanuit. Post in templum accersitus ire noluit, nisi honorifice, ut Princeps acciperetur. Ad varias quæstiones respondet doctissime: multaque de Q. Trinitate dicit sapienter. Impostor hic ut postea intellexi, ex æterno supplicio affectus perivit.

Vasa multa sunt reperta Mediolani plena bufonibus, piperis et cadaveribus puerorum. Verona plane viduata civibus florentibus pestis inusitatum genus exortum.

Hæc ex circumforaneis epistolis, sed solidiora de hac sævissima peste, quæ Mediolani maxime anno 1630 delacchata est, habet Oracletus Siccus lib. 1, c. 12 de Hymnodia ecclesiastica, ac de paritate religiosorum signanter Ordinis sui clericorum regularium S. Pauli.

Possumus hoc loco testificari, quæ ab hujusmodi religiosis pro

beneficio spirituali proximorum exhibita sunt. anno 1630 dum funestissima pestis Mediolani ac in tota fere Insubria ac in aliis proximis civitatibus grassaretur, quae plura centena depavit hominum millia. Cognoverunt ista loca imo et plura testata sunt caritatem, quam viderunt haud mediocrem in omnibus praedictis ordinibus (vitem mixtam et publicam in choro Hymnodiam profitentibus). Horum multi, nimirum ultra viginti, intra caritatis brachia cuius opus exercebant, ad caelestem, uti pie credimus, vitam sunt translati: alii a contagioso morbo, quem contraxerunt, convalescentes, sunt ad majorem meritorum comparandam sibi copiam a Deo reservati.

Summus Pontifex in Bulla varias belli turbines quoque commemorat, nam ex Italia reverso in Galliam rege post paucorum mensium quietem Italia bello eoque graviore iterum concussa est. Ambrosius Spinda novis auctus titulis ex Hispania versus Genuam 29 Julii solvit, ibique a patriotis suis magnifice exceptus, ad intermissum Caralis obsidium rediit majore, quam prius propugnatum fuerat, apparat!

Hoc anno 5 Julii in domo Capella S. Franciscus Baisnart professor ejusdem velut alter Paulus eremita flexis genibus ante lecticam emisit spiritum, fuerat sacerdos secularis ante ingressum Ordinis.

Anno 1629, 6 Martii Vienna Caesar edictum promulgavit, et mox per universum imperium portis urbium, ecclesiarumque valvis etiam protestantium affixum, et a deputatis imperatoris diversis in locis executioni mandatum fuit. Duo potissimum istud edictum continebat quemadmodum ex ejus exemplo manifestum est: primum ut archiepiscopatus, episcopatus praeturae, monasteria hospitalia, fundationes aliaeque bona eccle-

siastica, quorum catholici ante tractatum Passaviensem pacifica possessione fruebantur, et post illum tractatum injustis modis inde deturbati sunt catholicis restituantur, ut juxta ecclesiasticos Canones a legitimis idoneis que personis administrari possint.

Secundum, ut juxta Edictum de Pace religionis jam olim conditum sola catholica Religio et Confessio Augustana in toto imperio exerceretur publice exclusis omnibus contrariis sectis atque doctrinis.

Cum enim injuriæ contra catholicos et episcopatum, monasteriorum aliorumque bonorum ecclesiasticorum usurpationes, effrenisque libertas novarum religionum in imperio pullulantium contra imperialia utriusque partis pacta edictaque quotidie crescerent, multis catholicorum Principum Electorumque Mulhusii congregatorum querimoniis compulsus imperator, ut fidei magis magisque fatiscenti, et illis Ecclesie depredationibus mederetur tandem illud Edictum sanctionibus imperialibus et Ecclesie Germanicæ restituende maxime consentaneum promulgavit.

Posteaquam Romæ aliquid intellectum fuit de bonis ecclesiasticis, quæ post Passaviensem transactionem ab acatholicis imperii ordinibus occupata erant, ex Cæsareo edicto restituendis, sanctissimus Dominus noster Urbanus VIII anno 1629 in æstate scriptis litteris motu proprio mandavit Nuntio suo Viennæ agenti nunc Eminentissimo et R^{mo} S. R. E. Cardinali Joanni Baptiste Pallota, ut Sanctitatis suæ mentem Augustissimo Cæsari intimaret non omnia monasteria et ecclesias, quæ recuperantur eorundem ordinum religionis restituenda esse, sed aliqua eorum in sequestris episcoporum aliorumve ecclesiasticorum Commissariorum manibus ponenda, donec Sanctitas suæ secundum Cæsareæ majestatis voluntatem, et presentes Ecclesiarum Germanicarum necessitates, de iis disponat, ad collegiorum seminariorum, scholarum erectionem parochiarum instaurationem, etc.

Estet liber cui titulus *Justa defensio S^{mi} Romani Pontificis Augustiss. Cæsaris S. R. E. Cardinalium episcoporum Principum et aliorum, de omnium minimæ Societatis Jesu in causa monasteriorum extinctorum et bonorum ecclesiasticorum ~~et~~ vacantium contra quosdam a se ipsis electos judices auctore P. Pauli Langmann, e Societate Theologo Dilingano.*

Anno 1630 V. P. Prior. visitavit domum Leodiensem, Diestensem et Lyranam obtento salvo conductu.

Domicella ^{Græmæ} Infantis, quam procabatur Princeps Portugallie jussit adhuc multas Missas persolveri tam de festo B. Virginis quam de Requiem, quas voluisset celebrari in sacello de Schuel sed excusavimus nos, quod non liceret nobis quovis tempore eo ire.

Circa principium Quadragesime obiit Carolus a Lotharingia Dux Sarmatus Pincii, et sepultus Anderlaci apud P. P. Minimos quas fundavit et in Belgium introduxit. Successit in gubernationem oppidi Pincii in cujus vicinio est alter Pincium Belgii recessus dictus Mariemons, predictus princeps Portugallie, et feriis Pasche duxit in uxorem supradictam domicellam, que etiam in gratiarum actionem curavit per nos celebrari Missa de S. Trinitate et dedit coronas aureas et togam ex panno aureo pro Domina in Schuel, ut supra retuli.

Obitus D. Maximilianus Plouvier Primis doctoris Antuerpiae.

9 Martii paulo post mediam noctem oleo sancto delibutus in Domino quiescit V. P. D. Maximilianus Plouvier primus Prior novae plantationis Antuerpiensis longa aetate exhaustus, qui integris sensibus et cum loquela usque ad ultimum fere spiritum perseveravit atque Crucifixum arripuens petebat partem habere cum bono latrone Agenda peracta, lotus hirsutis vestibus, quas ex Carthusia detulerat indutus, cistaque cum odoriferis herbis inclusus Bruzelas ad nos transvectus est, prout postulaverat comitantibus D. Procuratore Ghindertalen donato et famulo apotecarii atque ipsa Dominica Letare 10 Martii post prandium in cœmiterio nostro manibus conversorum et ministerio P. Prioris ac Visitatoris sepultus est non sine quorundam lachrymis. Obiit anno ætatis 64 vel circiter. Habuit Missam. Vide que supra scripsi ad annum 1620, addam hic tantum epistolam D. Gerardi Ablij Vicarii tunc Antuer-

piensis ad D. Nicolaum Dierckhaut. confratrem nostrum.

Meynen goeden Hallander salut.

Conferimus ad invicem, quoniam ut opinor ambo tristes sumus si forte Dominus inferat se medium, et quaerat quae? Quae sunt illa quae passus sum his diebus. Doleo autem ego super anima patris nostri, cujus tristes exumias mihi pertransmisimus vobis, et quia sic dudum mihi persuasi carissimum Nicolaum meum, nosto doluisse saepe dolore, et ejus funera, mea esse, et mea vicissim illius, ideo adscisco eum socium planctus, ut si quae viscera misericordiae, si quae pietas adhuc in illo vivit ejus pectore consociet planctum planctibus meis. Mortuus est Pater noster imo collega, et qui se parem nobis potius quam Priorem fecerat. in iis quae sunt Dei, in iis autem quae sunt domus et externi regiminis ad horam assumebat aliam personam, quam mox ut ad oratorium redierat, deponebat, et confabulabatur nobiscum, non tamen indoctas fabulas sed saepe sententias plenas saepe monitis et documentis graves in labiis suis pronuntiabat. Certe est mihi conscientia et anima mea, quod nullum sanius a multo tempore, quam ab ejus lingua vulnus et verbum senserim, non a libris non ab adulatoribus non a suggestore animo meo tanta mihi salus unquam profluxit; nec mirum quia lingua ejus similis erat lingue canum ex inimicis ab ipso. Et hoc unum quod cogit me plangere, quia monitorem et correctorem amisi, qui mihi vera dicere non dubitaret. Tangentibus autem ulcera, quasi revera habitasset in anima mea, et Deo leniente oculos meos visum recuperabam et sensum. Adde quod versatus esset in omni litteratura et doctrina symbolisare mecum videbatur, et in multis congruabat quasi revera sub eodem sidere mecum natus, et divino ductu ex citima Hungaria huc adductus fuisset, ut pariter jungeremur anima et animo, et unanimes habitarem in domo Domini cum consensu. Solitus est autem aliquando commemorare, quomodo translatus fuisset huc ex patria sua ne otiosum puto fuerit, si breviter

hic repetam, quod ex ore ejus audivimus. Cum Ernestus ad Belgii gubernacula tractanda descenderet, ex Austria, ipse cum parente comes adjunctus est illi, quia enim parens origine Cortracensis erat, utilis archiduci futurus putabatur ad interpretationem sermonum, et ad secretarii munus ad amanuensis officia, ad curas et chartas, receptasque quarum ultimas, quas doctor Nonnius medicus pro archiduce dictaverat excepisse se paucis ante mortem diebus adhuc dixit nobis. Archiduce e vivis sublato, addiit se Duci Arschotano, cui diu cohabitavit, et ad extremum Emdano. Sed lepudum illud imprimis quod ex ore ejus non ita pridem auditum est. Cum enim quidam diceret Amstelrodami Croatam quemdam captum in rebus nunc pro pecunia ostentui haberi, subiunxit hic: Et ego, inquit, similiter Hungarico habitu indutus cum primum in has partes delatus in gestatorio super humerali, dignus aliquando fui pro tali ostento haberi, quin imo et spectaculum saepe factus sum indigenis Flandris et Gallis. Quod familiariter caritati vestrae commemoro, ut intelligat, versum illum etiamnum in nobis verificari: Et de regionibus congregavit eos, a solis ortu et occasu ab Aquilone et mari. Nam et hic ex

* Jaminae
 rectius diceret
 quae pars ducatus
 Luxemburgensis est.

Hungaria, Nicolaus meus ex Batavia, ego ex Galilea, alius ex sum-
 mis silicibus vocatus et adductus est, ut habitemus omnes unius
 moris in domo. Sed hic omni laude dignissimus, quod nequidem
 in morte voluerit separari, aut anathema esse a fratribus suis,
 sed cum eis in uno circo repeliri. Quod cum ita sit meretur
 omnino caritatis vestrae suffragia in quadruplum, quae et nos
 pro modulo nostro persolbimus, si Deus auram dederit, et ami-
 cus noster Dierhout adjoverit. Sentio me iniquis epistola spatii
 excoludi, quapropter et finem facio, meque meosque et animas
 omnium carissimorum nostrorum iterum iterumque precibus ve-
 stris commendo, vicem redditurus quando repetiverit amicus meus.

Certo te amicorum amicitissime in Domino valere festinantius scripsi sub cre-
pusculum noctis excusatum habeat. malum scriptorem ex domo nostra Antuer-
piensi 19 Martii 1630. Caritatis vestrae cultor intimus. fr. G. D.

S. Plouvier per cartam habuit Missam de B. Maria per totum Ordinem quamvis vivus non obtinisset, quia bene meritus erat de majori Cartusia, et de hac nostra, in cujus ambitu dedit fructum et alias eleemosynas. Vita diuturniori et meliori vita dignus erat, adjuvantes manus non ponerent illi qui debebant, subministrando sumptus quas vel invito successoribus suis preponderent.

Circa 25 Martii Antuerpia huc allata fuit Tabula Annuntiationis B. Mariae, quam S. Plouvier curaverat fieri sumptibus S. Henseler et Marquet regii arani praefecti, qui nostram ecclesiam frequentabat et detinaverat pro sacello retro altare S. Annae, quod sacratum est ad honorem B. Mariae Lauretanae, Mariae Magdalenae et S. Joseph unde et in claustris depicti reperiuntur, sed inventa est major quam ut ibi recte collocari posset, hinc S. Prior jussit ut poneretur in sacello mulierum ad portam cujus altare necdum tabulam decentem habebat, ibique remanet. Pictura non plusquam 200 florenis consistit.

Hoc anno novum bellum in Indiis regi catholico immatum est siquidem Hollandi mense Februario interceperunt Olindam civitatem in Pernambuco Brasiliensi, gubernator incendit omnia instrumenta quibus saccarum conficiebatur, et posterioribus annis saepe bellatum est ibidem et missae classes ab utraque parte. Pro his beneficiis gratias tibi non referunt inimici tui Deus sed superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Nam ineunte hoc anno ab hereticis Hollandis edictum emanavit quod proscribit rursus et vehementius omnes ecclesiasticos cujuscumque nominis, quorum aliquis si absque salvo conducto deprehensus fuerit in civitatibus, aut agris marum ditionum edicto subiacet. Qui autem cum libello securitatis ab ordinibus admittuntur non aliter civitate

sem intrare possunt, quam cum milite comite vel teste, qui ad requisita negotia eos deducat, et rursus portis educat, ne forte praedicationis semina serat, vel aliud ecclesiasticum officium exercitumque catholicum exerceat. Qui secus facit edicto et arbitrarie animadversioni publicae fit obnoxius. Quid autem Ser^{ma} Trabella corde et factis publicis parallebat. Pro eo ut me diligerent (et agnoscerent Hollandi Dominam suam) detrahebant michi (civitates munitissimas): ego autem orabam. Erat in sacello quodam ad plagam occidentalem ecclesiae cathedralis nominatissime civitatis Sylvaducensis sito imago Deipare Mariae, quae dulcissime Virginis appellatione ab aliis beatae Virginis imaginibus discreta fuit, et nominatissima propter populi undique agminationem confluentis concursum et miraculorum frequentiam. Hanc vero imaginem vel potius statuam singulari Dei providentia, devotarum quarundam personarum opera in occupatione civitatis Bruscoducensis ab haereticis servatam transferri curavit episcopus Bruzellas et Ser^{ma} Hispaniarum Infanti Trabelle Clarae Eugenie consignari, quae illam in hebdomada sancta per solemnem supplicationem comitante tota aula et clero reposuit in templo S. Gaugerici in eadem civitate Bruzellensi, ubi magno in honore habetur et colitur. Totam pompam descripsit Atho Zephus supra citatus in ultimo libro de miraculis illius capitulo ultimo, quem consulat qui plura cupit.

Hoc anno festum Annuntiationis Dominicae translatum est in 9 diem Aprilis post Pascha, quo festo magnus est concursus populi ad sacellum in Schuet, quod D. Procurator Piprenproy restaurare cupiebat propterea curavit peti elemosynas scutella lignea sed depicta per villisum, praeter elemosynas quae dabantur ad mensam ibi dantur reliquiae orculanda quod forte non omnes approbarent; zelum tamen habuit honestatis et virtutis, ac ordinavit propter aliquos abusum a se animadversos ut frater custos sacelli rediret ad monasterium

Nota.

pransurus ac interim ipsi alter succederet, nec pro se aut pro aliis ibidem pararet cibos concionatorem Minoritum prandere iussit apud villicum aut amicos domus: facile enim praeter alia poterant in sacello exaudiri voces ex vicino cubiculo et percipi odores non boni nec suaves pro populo devoto, cum regnum Dei non sit esca et potus, non ultra 20 florenos receperunt hoc anno.

15 Aprilis in Minutionibus duplex dedit nobis spatium P. Vicarius sed eodem die vivimus in Schuet ilique celebravit P. Nicolaus Dierhout et interfuerunt non pauci ex Anderlaco quod essent octavae solemnitatis praedictae et matuta hora, nihilque devotus sacerdos quamvis desiisset aliquot annos celebrare. Postea transivimus in Laken (nostra interim parochia in Schuet occupaverant Patres Minimi pila palmaria se recreantes) invitaverat enim nos pastor Lakenensis propter jubileum 7 annorum dedicationis. Sequenti die 16 Aprilis D. Christophorus Tocant cantavit Missam de Domina in Conventu cum collecta pro perseverantia celebrans jubileum 25 annorum quo Ordini se addixerat frater ejus et aliquot nepotes aderant, et Conventui ex eorum nomine pitantia ministrata fuit.

28 dicti mensis Dominica Cantate, P. Prior Visitator Provinciae reversus ex Artesia D. y. Richardum Vicarium nostrum instituit Rectorem novae plantationis Antuerpiensis, quae orbata erat pastore ex morte D. Maximiliani Pluier, cum quo profectus est Antuerpiam et reduxit secum D. Gerardum Eligii professum hujus domus ibidem Vicarium, ut idem officium hic exerceret. Diximus supra D. Richardum a festo Exaltationis S. Crucis excepisse confessiones Ill^{mi} Nuntii, quem etiam nunc aegre dimittebat; suspicabatur enim Crēlinem id agere ut illum scilicet eriperent, obstiteratque nisi cognovisset D. Richardum libera voluntate acceptare praedictum officium, voluitque sibi alium subrogari.

Intral. Cantu- Hoc mense regina Franciae visitavit Cartusiam Divionensem prout fuisse
siam Divionen-
sem regina scripsit ad Priorem nostrum D. Jacobus Brisejon Coadjutor pius, doctus ac
Franciae
zelosus vir, et puto non fore ingratum nec injucundum lectori si epi-

Adam ipsam hic subijciam, que etiam Ser^{mae} Infanti Isabella commu-
nicata fuit. Sic habet:

Mon V^{tre} et tres-honneur Pere. Estant prinse de l'honneur de vous
receir venant au Chapitre comme esperions, j'ay voulu neantmoins vous
respoir et recreer vous faisant recit du bon heur qui avons eu en la
descente de nostre tres-excellente Princesse et Reine regnante de
France en cette maison qui fut le 29 d'Avril dernier.

Je ne vous scaurois assez raconter la joye qui avons receu et la con-
solation pour l'honneur et singuliere bienveillance, que Sa Majeste
nous a demonstré. Je scay l'honneur et grande fidelité qu'avez
euvers la serenissime Infante Son Alteze de Flandre sa tante que
nous tenons aussi pour nostre fondatrice descendue de nos Princes.
Voilà pourquoy je scay quez prendrez plaisir.

Donc le jour susdict Sa Majeste alla visiter le lieu de la nais-
sance de S. Bernard distant comme sçavez d'une demie lieue de
notre maison. Cependant ses gardes vindrent, qui se saisirent des
clefs des portes et visiterent par tout. Estant emmy chemin de
Saint Bernard au retour elle envoya informer s'il y avoit point
de portes par ou elle peudt passer secrettement à cause du tumulte
extrange, nous envoyames un frere par la porte de la Vigne pour
aller au devant de Sa Majeste, et l'amener tout droit par la
dicte porte, où nostre V^{tre} P. Vicaire, Procureur le jeusne Coadju-
teur et moy attendions. Incontinent Sa Majeste entre dans la
dicte Vigne, et là nostre P. Procureur luy fit un petit mot court
et bien à propos, qui luy fut agreable. La fut resolu, que l'on
n'ouvreroit point les portes, que la Reine ne fust hors de l'église, et
estant dans le grand cloistre les portes seroient fermées jusques à ce
qu'elle en seroit hors, de sort qu'il n'y eut point de confusion pour
lors.

La Majeste entre donc dans le chœur où les religieux en leur place
commencèrent Veni Creator, Elle s'alla mettre à genoux devant le

grand autel au siege prepare. L'hime finy, Elle demanda à voir les caves où sont les corps de nos bons Princes ses aieuls, Elle en fut divertie, et ne laisserent d'estre ouvertes. Elle considera les marbres et tombeaux fort à loisir, et de près avec contentement admira comme tout estoit propre et joly. De là Sa Majesté entra dans le Chapitre au refectoire et de là au grand cloistre. Elle entra dans nostre cellule, où elle daigna séjourner pres de demie heure, mesme estant requise de venir prendre une petite collation, elle respondit qu'elle se tiemoit fort bien, et demeure encors. Il luy pleut nous faire plusieurs petits questions. Je luy parla de la recognoissance de nostre saint Ordre envers les fondateurs et souverains que chacun prestre de l'Ordre avoit celebre sept fois la sainte Messe pour le repos de feu Sa Majesté ce qu'elle tesmoigna avoir agreable.

Je ne manqua de luy reciter comme la Ser^{me} Altesse de Flandres nous protegeoit mesme depuis deux ans nous avoit donne' Aesteaux privilege et exemption sur nostre sel, que lors qu'allions à la salinerie de Salins nous osions nous qualifier enfans de la maison aiant en garde ceans les grandes Princes ce qui la contenta fort.

Vous souviendra que l'histoire de S. Barbe est despeinte en nostre chambre, et comme elle apperceut l'Enfer où est despeinte l'ame du pere de S. Barbe tiree par un diable Elle s'exocia Jesus qu'est cela? Je luy dit pour la recreer, Madame, c'est un sermon tout fait pour les gens du village qui ont affaire à moy, car comme ils demandent qu'est ce, je leur die que ceux qui vont à la Haverne qui n'entendent la Messe et travaillent les festes qui trompent leurs maistres et ne gardent le commandement de Dieu descendent la dedans. Elle se print bien fort à rire. Enfin Sa Majesté sortit et entra dans la sale elle tesmoigna avoir agreable la petite collation préparée à nostre mode qui est la simplicité.

Un exempt des gardes de Sa Majesté a dit à un de nos amis en ces termes: Il y a quinze ans que je suis au service de la Reine, jamais

je ne l'ay veu sortir d'aucun lieu, d'où elle ait receu plus de satisfaction que des Peres Chartreux de cette ville. Elle a admire comme ils sont propres en tout, Elle voulut souper de leur pain, et veu de leur vin encores le lendemain, etc.

Capitulum generale celebratum est more consueto 4 Dominica post Pascha que in 28 Aprilis incidebat, sed non more consueto R. Pater presuit aut primus Diffinitor sed pro se jam egroto substituit S. Justum Perot scribam Capituli, de qua re ordinatio facta est.

Nos Diffinitores Capituli generalis anni presentis 1630 prenes quos proinde tota Ordinis auctoritas pro nunc sita est, certum facimus omnibus cujuscumque qualitatis ac conditionis personis Ordinis vidisse ac legisse litteras patentes R. Patris nostri Generalis nuper hic publicatas sub data diei 9 mensis Aprilis dicti anni presentis, ac propterea nos ipsas iuxta honorem suum laudare et approbare ac insuper ordinare ut V. P. Justus Perot scriba inibi denominatus totam sibi a R. Patre delegatam potestatem exercere, ac primarium in Ordine locum tenere possit usque ad electionem novi R. Patris quod ut omnibus personis notissimum sit ordinamus ut de hac presenti nostra ordinatione in carta presentis Capituli generalis expressa mentio et ordinatio fiat.

V. P. Franciscus Francisci Prior Cartusie Leodiensis habuit sermonem cum applausu omnium, quamvis non nemo reprehendat orationem omnibus haud numeris completam aut eloquentem tamen doctam acutam nullus negabit accessit. pronuntiatio memoriter et graviter enuntiata, que orationis precipua pars est ut jam non sine causa huic primas dedisse Demosthenes dicatur cum rogaretur quid in dicendo esset

primum, huic secundas, huic tertias. Thema erat Nolite diligere mundum.
 Sic autem perorat: De nobis vero Patres, Piores, pastores custodes quid
 dicam? Pater, filii tibi sunt? Prior, Rectorem se posuerunt? Pa-
 stor, pecora tibi sunt? Custos, posuerunt se in vineis. In viam
 gentium ne abieritis, sed potius ite ad oves. Capite me: nolite diligere
 mundum, nolite in viam gentium abire, nolite misceri multitu-
 dini, nolite aliena negotia tractare, aut tractanda suscipere, ne
 forte implicati filios rectos subditos rectos, pecora vestra vineam ve-
 stram negligatis, ut vocem illam idoli non hominis dicatis. Custo-
 dit eos qui custodit Israel sed ite potius ad oves, tu Pater ad filios,
 sintque illi in circuitu tuo, tu Prior ad subditos: sisque sicut
 unus ex illis, tu Pastor ad pecora tua: nosceque vulnum pecoris
 tui. Tu custos ad vineam: sitque illa coram te. Vineam meam coram
 me est, inquit in Cantico Sponsa: Vineam quoque vestra coram vobis
 sit. Eandem orationem alibi descripsi quam conscribere potest qui
 cupit. Plures Piores professi Cartusie obierunt hoc anno:

Job 29.

Eccles. 32.

Proverb. 27.

1. D. Michael Boudet professor Cartusie, Prior Pomeris et alias Val-
 lobonæ; plenum monachatum;
2. D. Joannes Le Roy professor Cartusie, Prior domus Passenille alias
 domorum Lyphæ, Petre Castri, et Vallis S. Georgii; plenum monacha-
 tum;
3. D. Antonius de Lingendes professor Cartusie, Prior domus Allionis;
4. D. Antonius Cartos professor Cartusie, Prior domus Montis me-
 rule, et Majoreri;
5. D. Maximilianus Plouvier professor Cartusie, Prior domus An-
 Auerquensis;
6. D. Jacobus Martel professor Cartusie, alias Prior Portarum;
7. D. Claudius Le Brun professor Cartusie, alias Prior domus Repausatorii;
8. D. Christophorus Aquerio professor Cartusie, alias Prior domus
 Capri et Petri castri nec non Visitator Provincie S. Brunonis.

148
D. Matthæus Fenel professor et Vicarius domus Vallis Christi alias Prior
habuit plenum monachatum et Anniversarium sub die obitus sui
qui fuit 16 Novembris.

Ex Provincia nostra D. Joannes Baptistæ Danielis professor et alias
Prior domus Gorani, Lepre et Burgarum.

D. Agidius Coquet professor domus Montis Dei, Vicarius Monialium
Pratimollis qui ultra 50 annos laudabiliter vixit in Ordine habens
plenum monachatum, obiit 8 Octobris.

Obierunt monachi 61, Conversi 28, Donati 14, Moniales 3: Personæ 105.

Declaramus Vicarios domorum Monialium semper debuisse et
debere locum tenere inter Priores juxta annos prelationis tam
Prioratus si quando gessissent quam Vicariatus. Casa 58 renta, 13 sol.

Circa principium Junii V. P. Prior ordinavit ut darentur elec-
mosynæ ad porticum juxta cellam litteræ P sive ultimam lateris
septentrionalis eo quod pauperes nimias insolentias et clamores
ederent ad majorem portam et juxta sacellum.

Circa idem tempus Dominus de Ruidovvich curavit celebrari
anniversarium uxoris suæ in sacello S. Anne sepultæ sicut alias
sæpi. Et insuper resignavit D. Priori trecentos patecones de qui-
bus lis illi erat cum gubernatore Trajectensi, vel quos governa-
tor arrestaverat aut fisco addici tentabat; hoc anno, 26 Julii, P. An-
thelmi episcopi Pellicensis Ordinis nostri exhumatio et trans-
latio facta est cum plurimis miraculis cujus historiam cura-
vimus Appis mandari anno 1634 Bruxellis.

Externalia attingamus. Hispani ad intermissum Casalis obsi-
dium redire majori quam prius apparatu. Nam eodem tem-
pore Bombaldus Comes collatus Cæsarei exercitus duæ Mantuanum
agrum pervastabat, et Hispanis præfectus ab catholico rege Ambrosius

Anno 1630, exeunte Julio ad medium usque Augusti campanæ Ord.
pæd. Mediolani noctu et interdum sua sponte sonuerunt: atque ex tunc
plerimi peste, quæ tunc ibi sæviebat, icti, oleo lampadis B. Virg. nullo
alio medicamine usi, curati sunt: quod certatim hodieque Italia pene
tota expetitur.

Spinola vir egregia militiæ fama Casale totis oppugnabat viribus, sed Coirasi qui ad oppidum presidio tenebat innixa virtus erexit. Franci itaque ut obsessis succurrant Richelieu Cardinal summa cum potestate bellum administrante denuo trans Alpes ad opem ferendam adholant. Ibi subactis aliquot oppidis dum iter ad Casale, multis obstructum difficultatibus explicant, Mantua civitas ac defensoribus per pestilentiam exhausta 1630 julio mense subita irruptione a Germanis invaditur ac spoliatur, Carolo duce cum suis egre elapso. Ea partium calamitate nihil territi Franci ad agrum usque suburbanum Carulensem penetrant. Cum sub ipsum Casalis civitatis conspectum positis castris, cum jam exercitus uterque in prociectu esset ad preliandum intercurrente Maxarino Urbani VIII Pontificis legato res ad pacis conditiones ab armis deducitur: summa in utroque imo et in Christianos omnes providentia Numinis: ne, vel ingenti cæde alterutrius constaret victoria, vel neutris mutua facta interneccione, cederet. Huius finis belli illius Italici fuit 1630, mense Novembri exeunte.

Cum Spinola morbum continuus obsidionis labor, et vite exitum morbus hoc ipso anno die 25 Septembris attulisset.

Pro curiosioribus, et majori noticia cause illius belli adjiciam
Compendium pacificationis Italici inter Majestatem
Cesarem, et regem christianissimum.

1. Pax erit universalis non modo in Italia verum etiam in Germania neque unus alterum quocumque modo offendet, aut alter alterius hostes quacumque ratione adjuvabit.
2. Sabaudie Duci pro suis pretensionibus ad Monsferatum assignabitur Crinum, et alia loca in Monsferato, quorum redditus annuatim ascendant ad octodecim millia scutorum.
3. Lotharingie Ducissa pretensiones reservantur ad amicabilem compositionem, vel processum compromissi, vel decisionem Cesaream iudicalem secuturam intra semestre proximum a concessa Nivernensi Duci investitura.
4. Guastalle Duci pro suis pretensionibus ad Mantuanum statum

- certe tenere assignabuntur, quantum redditus ascendent ad valorem annuum sex millium scutorum.
5. Nivernensis culpam suam agnoscat, et in scriptis deprecabitur.
 6. Cum illi Majestas Cesarea prœmia intercessionis Summi Pontificis et regis christianissimi in scriptis interponenda investituram utriusque Ducatus Mantue et Monferrati concedet.
 7. Ejusque vigore suam protectionem imperialem ei tribuet adversus quoscumque qui illum velent molestare.
 8. Statim post tractatum hunc in aula a deputatis utrimque subscriptum, et in Italia notificatum Hostilitates omni ex parte cessabunt.
 9. Cum intra quindenam abduci debeant ex Italia milites Cesariani, reservata Mantua et Caneto milites item Hispaniarum regis, nec non milites regis christianissimi intra eundem terminum, reservatis Pignarolo, Pricaras, Gusa Anigliana denique et Ducis Sabaudie milites reservato Crino.
 10. Civitas, castrum et fortalitium Casalense aliisque loca Montisferati, exceptis iis quæ Duci Sabaudie assignata sunt restitui debent Nivernensi qui illa munire poterit præiudicis convenientibus a se tantum dependentibus.
 11. Inde Mantua quoque et Canetum ex parte Cesarea Majestatis Duci Nivernensi, Pignarolum, Pricaras, Gusa et Anigliana ex parte regis Galliarum Duci Sabaudie consignabitur abductis ubique præiudicis.
 12. Pannus in Valtelina et Bhetia occupatos et fortalitia ibidem erecta Cesarea Majestas in pristinum statum restitui faciet.
 13. Civitates dabuntur hinc inde ad manus Summi Pontificis vel magni Ducis Hæturie vel principis alicujus catholici in Germania donec antedicta compleantur.
 14. Respublica quoque Veneta in hac pace includitur, quæ ipsa

quoque militem suum abducere debet.

15. Controversie ratione civitatum et episcopatum Metensis, Cullensis et Verdunensis, abbatie Gorzensis, et que ibidem locorum attentata vel innovata fuerunt ex parte Gallorum in præjudicium imperii ad alium tractatum instituendum remittuntur manente fortalitia in Meosennvieck in suorum.
16. Letharingie Dux quoque in hoc tractatu pacis inclusus.
17. Amnistia generalis et reciproca immobilium restitutio omni ex parte et captivorum relaxatio facta.
18. Si in Italia tractatus pacis et conclusus fuerit ante presentis hujus tractatus subscriptionem illi in omnibus stabiliter.
19. Optima fide hæc omnia promittentur a Majestate Cesarea pro se et rege catholico et Duce Sabaudie suis assistentibus et a rege christianissimo suo nomine.

Datum Parisiorum 19 Octobris 1630. Subscribunt:

Antonius abbas in Crembmunster S. Cesaree Majestatis consiliarius secretariusque, Otto liber Baro a Korbitz, Hermannus liber Baro a Luestenberg. Uterque consiliarius imperialis aulicus.

Ad sinistrum latus: Burlandus regis christianissimi legatus et orator. fr. Josephus Capucinus assistens.

Lego apud auctorem alium adhuc initum tractatum pro confirmanda forte pace, et restituendis locis qui etiam de hac pace quasi de gloriosa victoria triumphat certe non video nos lucratos quidquam fuisse et videmus status Ducatus Mantuani stare a partibus regis Gallie, et illi ministrare comestum, et submittere milites. Sic autem habet:

Clarum post hæc per omnes populos Ludovici nomen extitit non armorum magis fama, quam æquitatis ac fidei in socios: quorum securitatem privatis suis commodis datque opibus antiquiorem duxerit. Admirationi quoque fuit Eminentissimi Cardinalis Ricolocii